



Это цифровая копия книги, хранящейся для иотомков на библиотечных полках, ирежде чем ее отсканировали сотрудники комиании Google в рамках ироекта, цель которого - сделать книги со всего мира доступными через Интернет.

Прошло достаточно много времени для того, чтобы срок действия авторских ирав на эту книгу истек, и она иерешла в свободный достуи. Книга иереходит в свободный достуи, если на нее не были иоданы авторские ирава или срок действия авторских ирав истек. Переход книги в свободный достуи в разных странах осуществляется ио-разному. Книги, иерешедшие в свободный достуи, это наш ключ к ирошлому, к богатствам истории и культуры, а также к знаниям, которые часто трудно найти.

В этом файле сохраняются все иометки, иримечания и другие засиси, существующие в оригинальном издании, как наиминание о том долгом иути, который книга ирошла от издателя до библиотеки и в конечном итоге до Вас.

### **Правила использования**

Комиания Google гордится тем, что сотрудничает с библиотеками, чтобы иеревести книги, иерешедшие в свободный достуи, в цифровой формат и сделать их широкодоступными. Книги, иерешедшие в свободный достуи, иринадлежат обществу, а мы лишь хранители этого достояния. Тем не менее, эти книги достаточно дорого стоят, иоэтому, чтобы и в дальнейшем иредоставлять этот ресурс, мы иредиринали некоторые действия, иредотвращающие коммерческое исиользование книг, в том числе установив технические ограничения на автоматические заирсы.

Мы также иросим Вас о следующем.

- Не исиользуйте файлы в коммерческих целях.

Мы разработали иrogramму Поиск книг Google для всех иользователей, иоэтому исиользуйте эти файлы только в личных, некоммерческих целях.

- Не отиравляйте автоматические заирсы.

Не отиравляйте в систему Google автоматические заирсы любого вида. Если Вы занимаетесь изучением систем машинного иеревода, оптического распознавания символов или других областей, где достуи к большому количеству текста может оказаться иолезным, свяжитесь с нами. Для этих целей мы рекомендуем исиользовать материалы, иерешедшие в свободный достуи.

- Не удаляйте атрибуты Google.

В каждом файле есть "водяной знак" Google. Он иозволяет иользователям узнать об этом ироекте и иомогает им найти доилнительные материалы ири иомощи иrogramмы Поиск книг Google. Не удаляйте его.

- Делайте это законно.

Независимо от того, что Вы исиользуйте, не забудьте ироверить законность своих действий, за которые Вы несете иолную ответственность. Не думайте, что если книга иерешла в свободный достуи в США, то ее на этом основании могут исиользовать читатели из других стран. Условия для иерехода книги в свободный достуи в разных странах различны, иоэтому нет единых иравил, иозволяющих определить, можно ли в определенном случае исиользовать определенную книгу. Не думайте, что если книга иоявилась в Поиске книг Google, то ее можно исиользовать как угодно и где угодно. Наказание за нарушение авторских ирав может быть очень серьезным.

### **О программе Поиск книг Google**

Миссия Google состоит в том, чтобы организовать мировую информацию и сделать ее всесторонне доступной и иолезной. Программа Поиск книг Google иомогает иользователям найти книги со всего мира, а авторам и издателям - новых читателей. Полнотекстовый иоиск и этой книге можно выполнить на странице <http://books.google.com/>



# APOLOGIA

P R O

## DISCURSV THEOLOGICO

DE IMMACVLATA CONCEPTIONE  
B.MARIÆ VIRGINIS.

**A V G U S T I N I D E A N G E L I S**  
*Congregationis Somascha,*

Ad Illustriss. & Excellentiss. Dñum.

**D. F E R D I N A N D U M**  
**ALARCON, DIAZ, DE MENDOZA.**

VI. Marchionem Vallis Sicilianæ , Rendarum , & Moncilionis, Comitem Pallareæ, Gambatesiæ, & Rendæ, Dominum Baroniæ Fluminis Frigidi , Longobardoruin, & Falconariæ, Sanctifelicitis, Caroleorum , Monticini. Dominum Tuxitiæ , & eius Casalium , Insulæ , & eius Casalium , Petrecamete , Castellorum Calledonici, Chiarini, Leognani, Aquilani , Cosciani , Cerqueti, Faniadtrini, Intermesuli, Furæ, Cerchiaraæ, Sancti Nicolai, Capzani, Collalti, Aquauiuæ, Sancti Laurentij, Marani, & Spinæ, Equitum Turmæ Ducem in Regno Neapolitano, & Dominum Domorum Alareonis, & Mendozæ, &c.



---

Ingolstadii, Per Bernardinum Noguès. Anno Dñi 1660.  
*Superiorum Permissu.*

THE DODGE BROTHERS  
MANUFACTURING COMPANY

DETROIT, MICHIGAN,  
U.S.A.

24 AUGUST 1916  
RECEIVED BY MAIL

DETROIT, MICHIGAN, U.S.A.

DETROIT, MICHIGAN,  
U.S.A.

DETROIT, MICHIGAN,  
U.S.A.

DETROIT, MICHIGAN,  
U.S.A.

DETROIT, MICHIGAN,  
U.S.A.

Illustriss. & Excellentiss. Dño.

D: FERDINANDO  
ALARCON, DIAZ,  
DE MENDOZA.

VI. Marchioni Vallis Sicilianæ, Rédarū, &  
Moncilionis, Comiti Pallareæ, Gambat-  
tesiæ, & Rendæ; Domino Baroniæ Flu-  
minis Frigidi, Longobardorum, & Fal-  
conariæ, Sæctifelicitis, Caroleorum; Mō-  
ticini, & Domanici. Domino Tuxitiæ,  
& eius Casalium, Insulæ, & eius  
Casalium, Petrecamelæ, Castellorum  
Caledonici, Chiärini, Leognani, Aqui-  
lini, Cosciani, Cerqueti, Faniadriani,  
Intermesuli, Furçæ, Cerchiaræ, S. Ni-  
colai, Capzani, Collalti, Aqueuiuæ, San-  
cti Laurentij, Marani, & Spinæ, Equitū  
Turmæ Duci in Regno Neap., & Dño  
Domorum Alárconis, & Médozæ, &c.

AVGVSTINVS DE ANGELIS. F.

PRO.

**P**RUDITVRÆ in lucem Apologiae  
pro Discursu meo Theologico de  
Immaculata Conceptione B. Mariæ Vir  
ginis, dandus omnino erat Patronus ali  
quis, & Defensor, enim verò de Re agi  
mus, de qua non sínè maxima Inuidia par  
tis aduersæ possimus piè sentire, & loqui,  
& scribere; Vix enim ad Immaculatum  
Conceptum Augustissimæ Dei Matris Sæ  
ctorum Patrum præclarissimis Sententijs  
communiendū, Discursum meum Theo  
logicum edideram, quando non defuit ex  
Aduersarijs, qui illum vix natum præfoca  
re contuleret, tentaret. At cùm multi  
mihi occurrisserent, qui possent Apologiam  
meam validissimè defendere, ac tueri, Tu  
mihi omnium aptissimus, & validissimus  
visus es, Excellētissime Domine, Mar  
chionum Optime. Noui enim Te nihil  
in corde, & in Votis habere magis, nil in  
ore, & familiaribus colloquijs frequētiūs  
quam singularem Innocentiam Dominæ

Adstræ à generali labiſ ruinā præſeruata. Noui Te in Toto hōc Regno Neapolita-  
no, grassante lue tē terrima, Votum, ac lu-  
ramentum ſolemne pro Immaculata vſq;  
ad ſanguinis effuſionem propugnanda,  
emisſe; Noui Auitam eſſe, & Hæredita-  
riam præclarissimæ, ac plane Regiæ Do-  
mūs Alarcon, & Mendoza erga hoc My-  
ſterium ſtudium, propensionem. Noui in  
Gentilitio Tuo Stemmate ſacra illa yerba  
circumduci. **AVE MARIA GRATIA**  
**PLENA.** Quibus hoc Mysterium non  
obſcurè ſignificari, pro comperto eſt. Noui  
à Te Sanctissimam Dei Genitricem  
Mariam ſinè macula Conceptam in pecu-  
liarem Dominam, ac Patronam ſic con-  
ſtitutam, ut non modò Te ipsum, ſed &  
Lectissimam Coniugem, liberos, ſubdi-  
tos, Dominium omne commendaueris,  
donaueris. Noui Te Festum Immaculatæ  
Conceptionis quotannis celebrandum  
ſpopondiffe. Noui Tibi nullum iucūdum:

ſer-

sermonem, qui huic non consentiat Ve-  
ritati; Noui denique Litem Te indicere  
illi, imò iuratum certamen, qui Virgi-  
nem non confitebitur Immaculatam. Plu-  
ra dicerem, nisi Tibi molestum esset au-  
dire, mihi verò difficile pari oratione Pie-  
tatem tuam maximam explanare. Excipe  
igitur A pologiam meam, tuere, defende,  
Tuo enim Patrocinio non dubito, quin  
tutissimè incursus quoslibet Aduersario-  
rum valeat sustinere, Vale,

APO:



# APOLOGIA

Pro Discursu Theologico de Immaculata  
B. MARIÆ Virginis Conceptione.

Rodierat vix in lucem Discursus meus Theologicus pro Immaculata Conceptione B. M. Virginis, vix ad manus peruenierat Eruditorum, quando in sacra Théologia Magister non igit obnubilis, & in Controversia de Immaculata apprimè versatus Frater Thomas Consolius Ordinis Dominicani, motus, ut opinor, zelo nimio defendens affirmatinæ Peccati originalis in B. Virgine, capis plura aduersus recentem Discursum opponere, quedam mordere, loca SS. PP. deflorata, deprauata criminari, multata, ficta esse obstrepero, in vulgaris spargere: nec non ad veteriora progressus petiçio à Matcheo Rentio S. Officij, in Curia Archiepiscopali Neapolitana Consultore editi Discursus abolitionem, Cogitaueram, interrogatam iniuriam alto silentio præterite, vt me tacente ipsa facundiū veritas loqueretur; sed cum mihi venisset in mentem celebre illud Augustini lib. de Bono Viduitatis c. 22. Crudelis est, qui famam suam neglit. Tum sedulò perpendes non tam hic meam, quam Beatissima Virginis causam agi, intellexi omnino meas esse partes, ad hanc obiecta qæ mihi exhibeti in scriptis ab Aduersario postulaueram, confusa brevitate, quantum ex alto dabitur, respondere.

Ita ergo in primis loco Præstudij opponit Adversarius, In libello, cuius Titulus de origine Sanctæ Mariæ de Auxiliis Purissime, & Immaculatae Conceptionis Neapolitana impressa anno 1639 salva pace, scilicet placere dicitur, P.P. deprauata, alio

A

ficta,

*Apologia*

ficta, alia mutilata, que antecedentibus, vel consequentibus adiuncta verbis SS. Immunem ab actuali peccato B. V. vel eius Virginitatem, aut eiusdem actiuam Conceptionem arguunt evidenter; Prondē ut deflorata per non bonam consequentiam, salsa pace, ad Conceptionem passum ab originali immunem, extorquentur, ut appareat ex dictis SS. sincere relatis.

Respondeo. In Crimē, sēū māris, Culpam, quam irratis vicibus Auctori Discursus opponit, vel ipso in limine oppugnationis impingit Adversarius si opponit dicta SS. PP. esse à me deprauata, alia ficta, mutilata alia; deprauat ipsa, sēū mutilat, sēū affingit Discursui Theologico titulum Libelli, cūm à nōe non Libellus, sed Discursus Theologicus inscribatur; aliud est Libellus, aliud est Discursus; neq; enim hoc loco insticti mei est, allegationes tantummodo, & sententias SS. PP. nudē referre, sed ex eorum verbis non deprauatis, fictis, aut non mutilatis sanctitatem Immaculatae Conceptionis Dominae nostrae, ut ex fodiatis aurum, per bonas, & veras consequencias, eruere.

Quia in re licet ad SS. mentem, & intentionem, ut par erat, accidē respexerim, attamen dato, & noa concessō, quod non ad eorum mentem, & intentionem verba aptauerim, sed potius per bonas consequencias probabiliter, & rationabiliter discurrendo, ad plium sensum accommodauerim; morem hanc, & usum, siue bonum, siue malum, ut verum fatear, à Doctoribus Sacri Ordinis Dominicanī Magistris, & Praeceptoribus meis accepi, & didici; videlicet, ab Ambroſio Catharino, ab Caetano, ab ipso deniq; Sancto Dogore. Audi Ambrosium Catharinum in disp. de Immacul. p. I. fol. 84. ubi loquens de sensu, & intelligentia SS. PP. ait: *Pasti illos (idest Deus) non raro ex spiritu loqui vera, etiam si forsitan non considerent, quapropter non tam quid senserint Sancti Doctores, explorandum est, quam quid dixerint, est ponderandum; ob eam causam Caetanus cum exposuisset verba S. Thomæ in q. q. 28. art. I. contrā eius mentem, agnoscent, & prudenter excusans factum, dixit. At si quis contendit, exp*

*tiones*

tiones has posse conuenire litera, & non intentione Auctoris, qui videtur ex proposito docte oppositum, manuuerit primu[m] me ab Auctore didicisse post Augustinum tam[en] exhibere, alioru[m] Lectorem, qualem meorum exopto, in ultimo siquidem precedentis questionis articulo Auctor verba Innocentij in c. Marthae ad verum sensum erabit, non curans de intentione opinantis &c. Idem dixit de autoritate Papae, & Concilii, dum exponentes Decreta quadam Constantiensis, & Basiliensis nil carans de intentione loquensium. Hoc egregij Doctores saep[er] numero, nec irrationaliter obseruarunt Auctorum verba potius ad veritatem aptantes, quam ad eorum mentem.

Similiter, & SS. PP. dicta deflorare, deprauare, mucilaginem, & fingere, morem esse antiquissimorum Thomistarum, facetur Catharinus testis domesticus, ideoq[ue] irrefragabilis, & qui nulla exceptione potest rejici. Audi ipsum loquenter lib. 1. de Cōcept. in expugnat. vlt. art. de Reuelat. S. Catharinae Senensis, quam ideo dicit, confitamq[ue] esse à suis modernioribus Thomistis, quia miraculum esset, quod illi id est Thomista antiquiores, de quibus ibi est sermo, rem hanc prētermissem ad fidelitatem op[er]ationem suam, quo, & quae sunt, & quae non sunt, vndiq[ue] excavarunt, & collegerunt ad hoc ipsum. Et in disp. pro Immacul. ad Synodum Tridentinam p. 1 fol. 64. hic addam in citandis Auctorum sententijs, eos saep[er] numero non fideliter citare, tanta est affetio, & cupido vittoriae, non veritatis; quod & latius in opusculo misericordie, hic uno, aut altero contentu ero exemplo. Affertq[ue] exemplaria deflorati Ambrosij, & Roberti Olcott. Vide quid dicant Pater Hypolitus Marraccius in Libello. Fides. Gangietana. Quid dicat Episcop. Plasentinus in suo propug. pag. 408 n. 32. de Hyacinto Arpalego in supplici libello oblatio Innocentio X. Quid dicant de Vincentio Bandello Armentarium Seraphicum, & Petrus Posinus in sua Vincen[tia] victa impresa Tolose An. Domini 1649. Deniq[ue] Catharinus integrum librum de Verit. Conceptionis in 13. patres distributum a Bartholomeo de Spina infarcinatum, falsu-

¶ *Apparatus*

attributum esse Cardinali de T., recemata assertit, in dis-  
pro Immacul. ad Symodem Fridenzinam p. 1, fol. 1. & 4. &  
sanè verba præmissa in præfatione eius libri id non obscu-  
re conuincunt. Sed iam ad obiecta capitalia veniamus.

Primo igitur opponitur: S. Antonius de Padua serm. fe-  
rise s. Dominicæ Passionis ait: Advertendum, quod hoc  
dictum Salvatoris solum tenet de illis, qui ab huiusmodi  
debito fuerunt præservati sicut illi, qui fuerunt sanctificati  
in utero, de quorum numero est B. V. ergo B. V. sicut præser-  
vata, & sanctificata in utero, ergo seruata à peccato origi-  
nali, quod nomine debiti venit hic. Aperta quidem depravatio,  
quia Sætus dicit; advertendum, quod hoc dictum solum tenet de illis,  
qui debitores fuerunt, nō de illis, qui fuerunt ab huiusmodi debito.  
præservati; explicat Antonius verba Christi Domini; duo debi-  
tores, id est, duo viuentes sensualliter. Consequentia autem libel-  
li, si bona est; evinit, quod etiam Joannes Baptista, & Ieremias  
fuerunt præservati à peccato originali, quippe qui sanctificati  
in utero, de quorum numero sicut B. V. quod omnis est falsum.

Respondeo. Ab Adversario non sancere, sed depravate,  
refegri verba Discursus, in quo dicitur sic. Triginta sexta  
est Sancti Antonij de Padua serm. ter. s. Dominicæ Pas-  
sionis, ad illa verba Euangelij: *qui autem minus diligetur,*  
*minus diligit;* quæ verba postrema quia sunt omissa ab Ad-  
uersario, vide redditus obscrus, sensus verborum conse-  
quentiam; Advertendum, quod hoc dictum Salvatoris, non  
carmen intelligitur, quodnam fuerit dictum Salvatoris, de  
quodibet opinioni S. Antonius, qui sine tale dictum intellige-  
tur de dubibus debitорibus, & nō præseruatis à debito, vt  
Adversarius metat, sicut intelligatur de præseruatis, nil offi-  
cio argomento. Discursus, nam eius argumenti gôta vis est  
in eo, quod à Sancto Antonio dicitur *B. V. præseruata à*  
*debito*, quod in Discursu accipitur pro peccato originali  
iuxta phrasim Ecclesiæ in hymno, exultet; sed siue illud  
dictum Salvatoris S. Antonius intelligatur de debitорibus, &  
non de præseruatis à debito, sicut intelligatur de præseruatis  
à debi-

Pro Discursu Theologico &c.

5

à debito; semper verum est dicere; S. Antonium posuisse  
B. V. præseruatum à debito, idèòq; in editione Parisiensis  
anno 1641. in margine habetur: B.V. est præseruata à debito;  
in quibus sane verbis tota vis argumenti consistit; &  
ideò nulla est depravatio in verbis S. Antonij, quantum  
facit ad vim argumenti.

Nec oblitus, quod S. Antonius per debitores intelligat,  
duos viuentes sensualiter, nulla enim ratio assignari potest,  
eur viuentes sensualiter dicantur debitores, nisi qui a cum  
habeant originale peccatum, debent, idest, ægrè possunt, &  
non nisi cum summa difficultate vitare actualia, in quo est  
fundata regula S. Augustini lib. 5. con. Julianum c. 9. quod  
qui adultus habet, vel non habet actualia, habuit, vel non  
habuit originale infantil's ætatis exortu.

Denique ex consequentia Discursus, si bona sit, ar-  
guatur, Iuuenem quoq; Baptizatam, & letremiam esse præ-  
seruatos ab originali, si hoc intelligatur proprio, & spe-  
ciali modo utriq; conuenienti; non inferior, id enim non  
præiudicat singulari præseruationi B. V. ab originali, nam  
etiam in actibus Apostolorum, Apostoli dicuntur pleni Spi-  
ritu Sancto, Sanctus Stephanus dicitur plenus gratia, & ta-  
men id non præiudicat singulari Privilegio B. Virginis,  
quo dicitur fuisse plena gratia, plena Spiritu Sancto, quia  
illi dissimiliter à Maria. ut notat S. Bern. serm. 3 super mis-  
sus est, & sanè tricūm est in schola, quod quando verba  
communia pluribus applicantur, intelligenda sunt, & ap-  
plicanda iuxta capacitem subiecti, & iuxta proprij subiecti  
sanctitudinem, ut eruditè notat in suo Propug. Episcop. Pla-  
sent. fol. 79. nu. 101.

Secundo opponitur: Sanctus Vincentius Ferrerius serm.  
2. de Natiuit. Vbi non dicit statim, ac anima fuit creata,  
fuit sanctificata, sed potius postquam corpus fuit formatum, &  
anima creata, tunc fuit sanctificata, unde Vasq. 3. p. q. 27. art.  
2. disput. 117. c. 9. num. 100. dicit, ex hoc loco potius oppositum  
colligi.

Respon-

**Respondeo:** Ea Verba S. Vincentij, ut à me adducta ; refertur à Suarez p.to.2. disp. 2 secc. 5. fol. 26. ab Episcopo Acerensi in suo tra&. cap. 30. n. 12. ab Episcopo Placentino in suo propugn. fol. 154. n. 200. ideo à me depravata non sunt: sed neque ab Auctoribus citatis, sic enim ea verba depravare, non erat necesse, ad probandum S. Vincentium stetisse pro negatiua, quicquid in contrarium sentiat Vasq.loco cit. quod sic ostendo. *To post, posterioritatem naturæ significat, non temporis, nam S. Vincentius, ut erat Theologus, & vir suo tempore doctissimus, locutus est phrasi scholastica, non rudi, & vulgaris; quia ergo gratia sanctificans comparatur ad animam tanquam formæ ad subiectum, & omnis formæ est posterior subiecto posterioritate naturæ, ideo bene Sanctus dicit, postquam anima fuit creata, fuit sanctificata, nam licet in codem instanti reali, quo anima B.V. fuit creata, fuerit sanctificata, tamen in priori signo intelligitur creata, in posteriori sanctificata, sicut de Angelis dicitur, quod fuerint creati in gratia, & tamen in illis oportet intelligere, prius fuisse creatos, postea sanctificatos; hinc S. Vincent. serm. 1. de Natiuit. ait: quando Corpus B. V. fuit perfectè organizatum, & illi anima coniuncta per creationem, tunc Altissimus sanctificauit Tabernaculum suum: quibus verbis coexistentia creationis, & sanctificationis animæ B.V. aperte denotatur.*

**Replicabis:** *Auctor libelli, qua refert ex S. Vincent. serm. 1. de Natiuit. salua pace sunt depravata, addendo ly tunc, quod Vincentius non dicit; sunt præterea deflorata; proinde perpetuam intellectus, quia dicit sic. Quando eius Corpus fuit formatum, & anima creata, & infusa non expectauit Deus nouem mensis, nec unum, nec hebdomadam unam, imò creditur, quod eadem die, & hora fuit sanctificata super omnes sanctos, & sanctas, & etiam Angelos: Auctor de hoc David Psalm. 45. fluminis impetus lætitias Ciuitatem Dei, sanctificauit Tabernaculum suum Altissimus. adiuuabit eam Deus mane diluculo; Hec ille, qui non dicit in eodem instanti*

*infans*

instanti, sed in eadem hora: verum est tamen, quod ea quae refert Auctōr Discursus Theologici, sunt S. Vinc. serm. de Concepc. V. M. sed multarū, praeante salua pacē, non bonus Discursus de mente Vincentij, qui dicit sic: Quandō Corpus gloriose V. fuit organizatum, & lineatum, & anima coniuncta corpori per creationem, tunc Altissimus sanctificauit Tabernaculum suum: scitis qualiter, sicut constructa Ecclesia, & non ante intrat Episcopus ad consecrandū. Itā de V.M. postquam corpus fuit organizatum, & anima infusa, venit Episcopus, scilicet Spiritus Sanctus, qui eam sanctificauit, postquam omnia perfecta sunt, operuit nubes Tabernaculum testimoniū, & gloria Domini impleuit illud Exod. vlt. Inanis ergo est glossa, quodly postquam dicat posterioritatem naturae non temporis, quod ly quando, & tunc importent coexistentiam creationis, & sanctificationis animæ B. V. quid clarius Vincentio seipsum explicante exemplo Episcopi? Agitur de instanti reali, coq; indiuisibili à parte rei, & bonus Pater fecat illud in plura instantia naturae, quasi ly postquam, dicat solum posterioritatem naturae; Nec aduerit, quod itq; incidit in sententiam Henrici de Ganda quo ponentis in instanti naturae Originale in Virg. & in sequenti instanti naturae sanctificationem de illo, & consequenter velit nolit in instanti reali à parte rei in B. V. culpam, & gratiam. Si dicta Vincentij sincere offerret Auctōr libelli, non opus esset glossa, eisque exortis, & alienis.

Respondeo; quod in hoc argumento ipse se interimicit Aduersarius: facetur enim, quod S. Vinc. non quidem in serm. 1. de Natiuit. sed in serm. de Concepcione dicat, quādo anima coniuncta fuit corpori per creationem, tunc Altissimus sanctificauit Tabernaculum suum, postea dicit, quod S. Vinc. serm. 2 de Natiuit. & serm. 1. dicat, postquam Corpus fuit creatum, & anima illi coniuncta, tunc fuit sanctificata, afferque exemplum Episcopi cōsecrantis Ecclesiam post eius adificationem. Vtrumque ergo Sātus dixit; quando fuit creata, tunc fuit sanctificata, & postquam anima B.V. fuit creata, fuit sanctificata. Quare, quando, & tunc

cūc ex vna parte , & postquam ex alterā ; sunt ne synoni-  
ma, an diversa: si diversa; ergo faciunt diuersum sensum; dum ergo Sanctus dicit , quando anima fuit creata , tunc  
fuit sanctificata , importat in eodem instanti reali fuisse  
creatam , & sanctificatam : & dum dicit , postquam fuit  
creata, fuit sanctificata , importat posterioritatem naturæ,  
non enim potest importare posterioritatem temporis, alias  
sanctus sibi contradiceret. Quod si dicas, quando cum tunc,  
& postquam esse synonima, vt sunt ensis, & gladius; si Do-  
natus consentit, ego non contradico . Vide ex his, me non  
ad extortas, sed ad obuias; non ad alienas, sed proprias, &  
apud scholasticos frequentissimas glossas recurrisse, vt ap-  
parentem contradictionem in S. Vincentio exoluere: De-  
niq; frustra iactas, me incidere in sententiam Henrici, dum  
instans reale feco in duo instantia naturæ , nam in senten-  
tiam Henrici non incident Theologi communiter diui-  
dentes instans reale, in quo dicunt Angelos in gratia crea-  
tos, in duo instantia naturæ; Vnum, in quo intelligunt crea-  
tos; alterum, in quo intelligunt illis esse insulam gratiam.

Tertiò opponitur Albertus Magnus in Biblia Mariae  
non dicit loquens de B.V. Ipsa est stella veri solis sine cori up-  
tione regenerata , & hoc exprimitur suæ Conceptionis proprie-  
tas, sed potius ipsa est stella veri solis sine corruptione , vel di-  
minutione integratatis generativa , & in hoc exprimitur suæ  
Conceptionis puritas.

Respondeo. Verba B. Alberti vti sunt relata, inuenies in  
Bibliotheca virginali edita à Magistro Petro de Alba San-  
ctæ, & supremæ Inquisitionis in Regnis Hyspaniarum  
Qualificatore: & nisi afferatur Textus Alberti editus ante  
etiam Controuer. de Immac. unctioni, quam affert Adver-  
sus, non fidam; sed ea data, efficacios instruitur argu-  
mentum pro Immaculata. Si enim B. V. est stella veri solis  
sine corruptione, vel diminutione integratatis generativa,  
ergo B.V. fuit concepta in iustitia, & innocentia originali;  
scilicet consequens, quia genetate, & multo magis esse ge-  
nera-

**Pro Discursu Theologico &c.**

e: 9

Detinuam sine corruptione vel diminutione integritatis, fidei virginitatis, est effectus iustitiae, & innocentiae originalis, ut docet S. Th. I. p. q. 98. art. 2 ad 4. ex S. Augustino 14. de Crux. Dei.

Quarto opponitur S. Ioannes Damascenus orat. I. de Nariu. B. V. In fabricanda Virgine gratia naturam praeuenit: *hac sunt fidia, quia non sunt in Damasco.*

Respondeo. Ea verba aequivalentur, & secundum sensum ibi apud Damascenum inueniri, & ideo ea verba non sunt fidia; alias fidia quoque dicenda essent verba S. Matthæi Euangelistæ, vbi ait; *sicut dictum est per Prophetas quoniam Nazarenus vocabitur,* quia ait Hieron. lib. I. com. in c. 2. Mat. h. li fixum de scriptura posuisse exemplum, non distinet secundum Prophetas, sed secundum Prophetam, nunc autem pluraliter Prophetas vocans, ostendit, se non verba de scripturis sumpasse, sed sensum: similiter fidium quid esset reperire in S. Thoma I. p. qu. 36. art. 2. afferente; ex scripturis haberi Spiritum Sanctum à filio procedere, quia talis processio, ut ipse ait ibi, *non habetur secundum verba, sed secundum sensum.* Denique fidem aliquam esse reperire in Concilij Niceno, Ephesino, Tridentino definitibus aliquot articulos fidei ex scripturis, in quibus non est reperire illos articulos secundum verba, sed secundum sensum, ut initio Discursus adnotauit: Concludo cum D. Hieronymo super Epistola ad Galatas, *Non est putandum Evangelium, esse in verbis scripturarum, sed in sensu;* non in superficie, sed in medulla: Modo audi verba aequivalentia, Damascen. loc. cit. *Natura gratiae cedit, & tremula est, progedi non sustinet;* *Quoniam itaque futurum erat, ut Dei Genitrix, ac Virgo ex Anna oraretur, natura gratia factum anteponeret minime causa est, sed tantisper expectauit, donec gratia fructum suum produxisset:* An hæc verba aequivaleant, & eadem tunc secundum te ipsum cum illis; in fabricanda Virginitate gratia naturam præuenit, iudicent viri docti.

Quinto opponitur: *Sancus Isidorus Archiepiscopus.*

B

Hilpa -

Hispalensis in Missa de Nativit. ait. Qui madem seruavit  
à corruptelz contagio. & sinum cordis vestri emundet à  
delito. Hac quoq; in S. Isidoro non inueniuntur.

Respondeo: Fateor, hæc verba non inueniri in tempore  
operum S. Isidori, qui circumfertur; sed ea verba in Missa  
ab eo Archiepiscopo ordinata, kū reformata, vbi ea cita-  
ui, & Aduersarius neglexit aduertere; omnino reperiri, refert Episcopus Acernensis in suo træ. pro Immac. c. 20. n.  
5. & probat ex eo, quia Seuerinus & nius in. notis ad p<sup>o</sup>  
Concil. Tolet. refert Isidora fuisse demandatum à Patribus  
illius. Conc. ut Missale; & Breuiarium reformaret, & ad uni-  
tatem reduceret in illo officio Gothicō, sive ut modo di-  
citur, Mozarabe; idque præstitum esse ab Ilidoro refert idē  
Auctor c. 9. n. 8. & Marc. Maximus anno Domini 612. Hoc  
officium fuisse approbatum à Ioanne PP. X anno Dom.  
918. refert Baronius, & Mariana lib. 7. cap. vlt. Ambr. Mor-  
tales lib. 12. cap. 47. fuisse approbatum ab Alexandro PP.  
25. anno Domini 1064. referunt Baronius, & Mariana lib.  
9. cap. 5. Morales lib. 12. cap. 19. S. Aduersarius vidisset,  
la Diffesa. Dominicana del Doctor Marco Antonio Palao.  
Decani Oriolensis, non tam audacter pronunciasset, ea  
verba in S. Isidoro Archiepiscopo Hispalensi. non inueniri.

Sexto opponitur: S. Ambrosius in cap. 11. Isaix. & de  
sermone de Gabaonitis ait. Ave virga, in qua nec nodi s.  
originalis, nec cortex actualis culps fuit. Verba Ambrosij  
emunno ficta, quæ non in Isaia citato, nequæ vñus est sermo de  
Gabaonitis facta exalta diligentia, inquit Cardinalis de Turre-  
cremata p. 1. o. c. 26. & p. 12. c. 24. Scriptis autem Turrecre-  
mata de verit. Concept. B V. anno 1437. pro faciendo relatione  
coram PP. Concil. Basilea: Officium vero Leonardi de Nogaro-  
bis, in quo ea verba referuntur, fuit expunctum à Pio V. Item  
Turrecremata scriptis: 39. annis ante Leonardum prædictum;  
Ibidem S. Ambrosi lib. 1. de Virg. Inst. c. 9. ait Virga es à Virgo,  
non incurvaris, non inflectaris in terram, ut in te flos radicis,  
ascendat, quo verba nullus reperies in dicto citato loco.

BZ-

Respondeo. Ea verba D. Ambrosij iud. 11. Isala recognosci ab Episcopo Platent. in Propug. fol. 209. nu. 258. & Bernardino de Bustis serm. 3. p. 2. & adducit pro se B. Michael de Carcano. Ab Episcopo Acernensi in suo tract. c. 17. n. 11. à Clitobeo lib. 1. de Purit. Concept. c. 13. à Francisco Biuario in libello, de SS. PP. vindicatis, à Marraccio in libel. Antistites Mariani fol. 34. à Salazar c. 42. & quidem ea verba esse S. Ambrosij latè probat Granado disp. 3. de Concept. c. 10. ex Breuiario Romano edito Lugduni anno 1544. & Veneris apud Iunctas an. 1550. ubi dicitur. Sermones SS. PP. qui ibi referuntur, esse collati cum proprijs exemplaribus; tunc quia S. Ambrosius se scripsisse Comentaria super Isaiam facetur lib. 2. in Lucam; At efficacissime si probatur ex eo, quod ea verba tamquam Ambrosij habentur in officio Nogarolico, quod non fuit expunctum à Pio V. quasi aliquid falsi contineret, alias errasset Ecclesia, quae per 100. annos illo officio vfa est, Ecclesia autem non potest errare in forma orandi, quia forma orandi est regula eredendi ex S. Augustino in Agenda pro mortuis, & ideo sicut non potest errare in agenda credendi, ita neque in forma orandi; expunctum ergo fuit illud officium, quia Pius V. voluit omnia ad antiquum, & uniformem ritum reducere, ita ut reciceretur officium idem in Conceptione, quod in Nativitate mutato solo nomine Nativitatis in nomen Conceptionis, quae fuit prima, & miraculosa institutio huius officij, ut patet ex D. Anselmo Hom. 1. defecto Concept. & Baronio in suo Martyrol. die 8. Decembris. Hinc praedita officij mutatio non parum Conceptionis Immaculatae rem promovere videtur, ait Suarez 3. p. q. 27. fe. 6. Praterquam quod in officio concessio PP. Franciscanis ab eodem Pio V. ea verba tamquam Ambrosij leguntur, & Paulus V. concessit 300. annos Indumentarium recitantibus illam Antiphonam, Ave Virga, &c. & orationem, Deus, qui per Immaculatam &c. ut patet ex Bulla edita die 10. Iunij an. 1616.

Verum hic falso adducitur Turrecremata de Veritate Concept. nam cum librum fuisse compositum à Bartholomaeo de Spina, vel Alberto Duimio, ostendunt manifeste verba in Præfatione eius libri, & afferit Catharinus vbi supra, qui quia domesticus testis est irrefragabilis. Et quidem ficticius Turrecremata, non ita constanter negat ea verba esse D. Ambrofij, quin etiam concedat, sed explicat verificari de B. Virgine pro tempore suæ Nativitatis; & quia loco cit. ex communi sententia SS. PP. ea verba intelliguntur de B. Virgine, prout immuni à peccato originali, quod ideo dicitur Nodus, quia est ligatura, qua homo dicitur captivus; & ligatus in lege peccati, ut ait ficticius Turrecremata, ideo satis probabile est ab alijs Sanctis PP. & DD. Sanctum Ambrosium non dissentiendo ea verba pronunciasse.

Sermo de Gabaonitis refertur à Pelbarro in stellario lib. 4. p. 1. art. 3. à Bernardino de Bustis in officio de Concept. lect. r. ab Antonio de Cuccaro in Elcid. B.M.V. p. 2. ab Episc. Acerne. lib. 2. c. 27. n. 1 L. & alijs, quod autem in novis editionibus sermo ille non inueniatur, sublatuſ est ab Hereticis, vel ab Aduersariis. Postrema verba S. Ambrofij refert Masculus in Ponderat. ad S. Ambrosium pag. 36. n. 15. & reperies in lib. 1. de Institut. Virg. c. 9. vbi querens S. Ambrosius, quare B. Virgo comparetur Virgē, adducit verba citata.

Septimo opponitur: S. Petrus Damianus hom. in Nat. B. Virg. ad illud Ezechielis, Porta hæc semper erit clausa, ait, bene semper clausa, quia semper incorrupta, ergo B. Virgo fuit immunitis ab originali in instanti suæ Conceptionis, Sed mutilatur Santos ex sequentibus, ac proinde perpetram est intellectus, qui manifeste ibi loquitur de Incorruptione Virginitatis, quia dicit serm. 3. de Nativ. incorrupta post partum.

Respondeo: Ea verba S. Petri Damiani intelligi, non solam de perpetua Virginitate B. M. Virginis, sed etiam de ei us. Immunitate ab originali, fuisse probat Episcopus Acer-

nensis in suo tract. c. 19. ex Arato antiquissimo Subdiacono Ecclesie Romanae, ex S. Venanzio Fortunato Plasentini Episcopo, ex officio Nogarolico approbatu a Sixto IV ab alijs sumis Pontificibus concessu Ordini Franciscano, sed his omisitis, sicut quidicet, Petrum esse risibilem, aequivalenter, & per bonam consequentiam diceret, esse rationalem, ita S. Petrus Damascenus & Virgine esse perpetuam Virginem, aequivalenter, & per consequentiam dicit, esse immunem ab originali, quia perpetua Virginitas est effectus proprius initialis, & innocentiae originalis, a qua spirat, ut risibile & rationale ut supra diximus ex S. Thomas, & Augustino. Deinde Hyacinthus Arpalegius Ordinis Dominicani, & assertor affirmatiue in libello supplex oblatu Innocentij Papa X. docet, ex S. Thomas Virginitatem materialiter esse in corpore, formaliter in anima, non solum per carentiam actus peccaminosi in materia Castitatis, sed in quacunque alia materia, unde adducit S. Hieronymum in c. 27. Iaias, & in c. 5. Amos, assertorem Virginitatem in mensis esse fidem, ergo si S. Damasenus assertor Virginea fuisse Virginem corpore, & inquit, beatus & benedictus ex asserta Virginitate tali, infertur immunitas ab originali, si vera est sententia Arpalegi, quam retinam habes apud Episcopum Plasentinum in suo Prospugnaculo fol. 170. n. 217.

Octauo opponitur S. Ioannes Damascenus orat. 1. de Dormitione Deiparar, ubi cum subi obiecisse illud Ecclesiastis, antea mortem neminem Beatum dicitur ait. Abs te non a morte, sed ab ipsa Concepcione thorum est forte, ne Te Beatam dicere omnes generationes, quod circa non mors Te Beamat reddit, sed ipsa mortem exornasti. Ad mutilatus Sanctus ex antecedentibus, ac proinde perporam in collectus, quia ibi loquitur de Conceptione actus B. Virginis, quia dicit, antea mortem neminem Beatum dicas, minime in Te hoc usurpabimus &c. omnium enim bonorum, in iunctu, & medium, & finis, securitate & aeternitate terra confirmationis.

minis expensa Conceptione, in alia divina inhabitatione; in illo deniq; ab omni labore remoto pacis posita fuit; testem appello ipsam d. Virginem, qua post conceptionem filium cecidit, Ecce enim ex hoc Beatus me dicent omnes generationes.

Respondco. Aliud est assignare causam propter quam, vel pro qua Virgo Maria dicta est Beata ab omni generazione, & pro qua, vel propter quam in ea fuit initium, medium, & finis, securitas, & confirmatione omnium bonorum, & hanc vltro concedo esse Conceptionem actiua experientem feminis virilis; & aliud omnino diuersum est, assignare tempus, in quo, vel cum quo Virgo Maria dicta est Beata, atq; omnibus bonis repletas, & hoc non fuit tempus Conceptionis actiua, sed passus ex Damasco, qui morti ultimo vita termino e regione oppositae Conceptionem. Abs te non a morte, sed a Conceptione distinx est. At Conceptione est regioe opposita ultimo termino vita, est Conceptione passiva, quia est primus vita terminus, ergo loquitur de Conceptione passiva, quando eam opponunt mortuam, quamvis sola locutus fuerit de actiua, tanquam de causa eius beatitudinis, quia Virginis attributa est in ipsomet instanti Conceptionis sua passus; sed id de seipso textatur B. Virgo verbis altaris, scs omnia ex hoc Beata me dicentes omnes generationes, ubi Td ex hoc, non importat instantis Conceptionis actiua, sed denotat Conceptionem actiua fuisse causam, ob quam Beatus debita fuit B. V. non in morte, vt in ceteris sanctis, sed in ipsomet instanti sua Conceptionis passiva, vnde Augustinus in explicat super magnificat, illud ex hoc Beata me dicent, ita explicat, quia ab omni generatione profunditu felicitatis mea Beata vocatur. Et D. Bernardus serm. 2. Pentecostes, qui incipit, hodie dilectissimi amici hoc ergo Beatum me dicent omnes generationes, quia omnibus generationibus vitam, & gloriam genuisti; en quomodo veroq; S. Augustinus, & Bernardus. Td ex his, explicant per, quia; Quid? si omnes generationes debent dicere, Beatum Mariam, ergo etiam illae generationes,

stiones, quae exstabant in instanti animationis B. Virginis, poterant illam dicere Beatam, ac Beata non posse dicere, si stracularem supponeret originati, ergo in illo instanti debuit esse Virgo Maria immunis ab originali.

Nondum opponitur. S. Ioannes Damascenus orat. t. de Dormit. Despatz ait. Spiritus Sancti vis. Sanctificans B. Virginem præfigavit, ergo B. Virgo fuit a peccato originali præseruata. At miratur Sanctus ex antecedentibus verbis, qui manifestè loquitur ibi de tempore Conceptionis Christi quando Spiritus Sanctus superuenit in Virginem purganda sem à somite totaliter, ut dicit S. Thomas, quis dicit Sanctus, cuius partus bonus, & inusitatus fuit &c. generatio natura, & cogitatione præstantior, obitus præclarus, & sanctus; hanc, & Pater prædestinauit, Spiritus Sanctus per Prophetas prædixerat, Spiritu Sanctus purgavit, sanctificauit, &clusus præfigavit.

Respondeo Commune esse sententiam Assensorum negotiata; Gratias, Benediciones, & Privilegia in B. Virgine expressa, & declarata in die sue Annuntiationis, subiecta Deo concessa B. Virginis in instanti Conceptionis passim, idq; colligi potest ex S. Bernardo ad illa verba. Gratia plena, vbi ait S. Bernardus non modo plena, sed super plena, nam ante Aduentum Angelij iam erat Gratia plena. Colligitur secundo ex B. Alberto Magno in exposito Imperialis, & magnificat, vbi ait omnicie mundi Angelis superponetur nomen Mariæ, quod tantum Ecclesia nominaret, quia ante est nominatum, vel in aliud tempore nominatum, postquam gratia eius fuerat explanata, sine quippe ratiō plenæ significatio nomen intelligebatur. Colligitur tertie ex S. Thoma 3. p. q. 27. art. vbi dicit B. Virginem ab peccatis vnoquam actualiter etiam ante diem Conceptionis activas, quia alias non fuisset idonea Mater Dei, si peccasse aliquando, iam ergo Privilegium immunitatis ab originali fuit B. Virginis concessum ante Conceptionem adiuvium Christi, quia iam ante, & ipso metu instanti animationis sorgebat.

erat Mater, unde Chrysologus serm. t. 46. quomodo ne ante conceptum Mater, que post partum Virgo Mater, aut Genitrix quando non? que seculorum genuit Auctorem & S. Antoninus loco infra cit. docet, B. Virginem esse appellandam Matrem antiquitate, quia ab inicio, & ante secula fuit Mater. Quarto colligitur ex S. Hieronymo serm. de Assumpt. ad illa verba, Dominus tecum, mira res, etiam erat cum Virgine, qui ad Virginem miserebat Angelum, & processus nuntium suum Deus. Ideo purgatio, & sanctificatio asserta à Damasceno, quod die fuit Conceptio aetate Christi, referenda sunt ad diem, & horam, scilicet instantis Conceptionis passionis, quia etiam tunc B. Virgo erat Mater, & ideo etiam S. Thomas dicit, in eo instanti tomicem fuisse ligatum, licet non totaliter extinxatum.

Decimus oppositum S. Antoninus, qui tomo 4. sua serm. c. 5. s. 1. dicit. Per hunc modum B. Virgo dicitur Canticas Dei, quia semper possedit eam quietem; & sub perfecta obedientia, at hoc est non extrahisse originale, ergo. Sed multo latius Sanctus, quia loquitur de peccatis actualibus, at enim nullus autem Janobi, vel sanctae anima fuit, in qua conseruata aliqua Rebello satrum secundum passionem, & actus. sed ideo sanctus loquitur de peccatis actualibus, non de originali, de qua infra dicit citius quam ubi. & forte eadem die, eadem bonae ex simon momento mundatam; quid clariss?

Ad alios quod ad occursum regulamus Augustini, de qua supra in explicatione rad. p. 111. si enim per Te B. Virgo canit actualibus, ergo datur originali, id est dicitur à Deo perfecte possedit. At unde per Te ex S. Antonino in Beata Virgine fuit Rebello quod ad passionem, & quod ad venialia, sed rebello, scilicet effectus, vel pena originalis, & ubi non est peccata, neque debet esse culpa, ergo si ex S. Antonino, ut ait, non fuit in B. Virgine Rebello quod ad passionem, & quod ad venialia, ergo neque fuit culpa originalis. Nec valit: S. Antoninus loquitur de peccatis actualibus, ergo non loquitur de originali, potest enim de utroq; i.e. qui

quimodo explicato: Postrema verba S. Antonini, quæ affiruntur ad probandam affirmacionem, non licuit à te abferri, transgrederis enim leges silentij. Tibi à Summis Pontificibus impositis sed transactis dicit S. Antoninus, B. Virginem fuisse mundatam ab originali force eadem die, eadē hora, & si non eodem momento, at ipse se explicat S. Antoninus, quid intelligat, nomine peccati originalis à quo dicit, B. Virginem mundatam; nam i. p. summæ cit. s. c. i. doceat, peccatum originale formaliter esse defectum, seu priuationem iustitiae originalis, dicitque autem originalis iustitia illa rectitudo, in qua fuisse creatus primus homo; in qua mens, & ratio erat subdita Deo, corpus spiritus ergo verlis cum S. Antonino, B. Virginem in instanti animationis sua, non habuisse completem, & plenæ innocentiam originalem, esto; nam probabili est, quod ait D. Thomas, in illo instanti non fuisse ablatum somitem, sed ligatum in B. Virgine, hoc etiam videntur intendisse: Magnus Albertus S. Vincentius Ferrerius, & quidam ex Antiquis, quando dicunt, B. Virginem conceptam in originali, sed statim, & subito fuisse mundatam: Id, quod sententiam sive nego, est, in illo instanti non fuisse in B. Virgine graiam sanctificantem, cuius priuatio primo, & principaliter in sensu presentis Controversie de Immacula importatur à peccato originali, sed hoc non affectatur à S. Antonino.

Vndecimo opponitur: Sc. Vincentius serm. 2. de Nat. Quādō virgo fuisse sanctificata; nullus hominum sciuit, sed Angelī scierunt; ò quale gaudium fecerunt, ratio est quia dixit Christus in Euangeliō, gaudium est in Cœlo &c. ergo quatuor magis super Virgine Maria, que nunquam peccavit, & quia S. Iohannes Nauit. B. Virginis, quando dicit, eam nunquam peccasse, intelligit nunquam peccasse originaliter. At manifestatur Sanctus ex sequentibus verbis, qui manifeste ibi loquitur non de originali, sed de actuali; at enim sic, super Virgine Maria, que nunquam peccauit nec mortaliter, nec venialiter, nec in cotidie cogitando.

C

Respon-

Respondeo: In primis hic recurrete regulam S. Augustini, qui caret actualibus, caret originali. Deinde non vallet loquitur de aequalib[us], ergo non loquitur de originali; potest enim de utroq[ue] loqui, ut de facto loquitur, quia particula, nunquam, tam per logicos, quam per curas, vniuersaliter distribuit magis, quam particula, amnes, in. Paulo ad Rom. 5. omnes in Adam peccaverunt.

Duodecimo opponitur S. Vincentius item, et de Naso. Inuenio sex horas, &c. B. Virgo fuit sanctificata ipso aurocto, quia Deus non expectauit novem menses, sed in eadem die, in eadē h[ora] quā creauit, sanctificauit, ergo in nullo instanti fuit Beata Virgo cum peccato sine sanctificante gratia. Hic depravatur S. Vincentius, quia illa ex tua postrema quā creauit, sanctificauit; non sunt in S. Vincentio. Item deo, quod esset: non est bona consequentia: ergo in nullo instanti B. Virgo fuit sine sanctificante gratia, quia scilicet non dicit in eodem momento, sed in eadem hora, sed hora non est instantis, sed instantia.

Respondeo: Ea verba S. Vincentij esse in sermoni de Conceptione, ut vel Adversarius faslus est in replica ad responsionem primae obiectio[n]is supra, videlicet quod ea verba hic a me assertantur sermoni de Naso non arguit depravationem, sed materialiter loci errorum: Consequentia dilectus, & bona, & firma sit, quia cum S. Vincentius non distinguat, sed dicat, in eadem hora, & hora ex regulis, & omnibus instantibus componatur, ita ut si unum desit, non sit hora, dum horam dicit, omnia instantia dicit nullo excepto.

Decimo tertio opponitur S. Sophronius, quem adducit S. Fulgentius Episcopus Rosperianus tempore dupli. Christi Nat. ait, Beata Virgo, idem dicitur Irenaeus, qui ait in nullo corrupta, sed B. Virginem in nullo. Unus corruptam, importat, nullum habuisse peccatum originale, à quo omnis corruptio. At nata verba sunt ficta, nec sunt in S. S. Fulgentio, qui testata docedit: Primum horam ipsum licet.

Hier corrupta mente decepit. Itebasum hominem Virgo incorrupta Virginitate concepit. Hec ille loquitur S. Fulgentius de In corruptione Virginitatis B. Marie in sua Conceptione actua, non de eius Conceptione passiu*a*.

Respondeo. Duo numerantur Sophronij, unus fuit D. Hieronymi amicissimus, & hic habet relata verba formulis, & praeclisis verbis: alter, qui fuit Hierosolymitanus Patriarcha, seu Archiepiscopus habet ea verba aequiualenter, ut patet, non solum ex verbis adductis ab Aduersario, nam valet, insinuare ex perpetua Virginitate innocentiam originalem, ut dixi supra, sed per verba sequentia, quae mutilando, & deflorando textum, omisit Aduersarius; sed loquitur enim ibidein Sophrosius Hierosolymitanus, in prima hominis coniuge nequitia diaboli seductam depravauit mentem, in secunda autem hominis Matre gratia Dei, & mentem integrum seruauit, & carnem; si gratia Dei mentem integrā seruauit, ergo integritatem habuit originalem, & in nullo fuit corrupta, ergo catuit originali, à quo omnis corruptione; & quidem huius Sophronij, exeat epist. in 6. Synodo A. 1. à Photio comprobata, in qua dicitur, B. Virgo pura, & ab omni labe secundum corpus, & mente in libera.

Decimo quarto opponitur. S. Fulgentius Episcopus Ru-  
spensis, nullum nouit contagium Virginis conscientia, sed nullum nouisse contagiam, est, non contraxisse originale, ergo. At Sanctus mutilatur ex antecedentibus verbis, qui non loquitur de originali, sed de actuali pro tempore Conceptionis attiu*a*, sermone enim de laudibus Mariae dicit sic ex parte Cbri-  
stii, Virginitas ampliata est potius, quam fugata; in an-  
gusto corporis membro sustinuit, quidquid non sustinet  
Cœli; plena sunt viscera, & nullum nouit contagium Vir-  
ginis conscientia, cum esset grauida, salubri levitate plau-  
debat; manifestum est autem, quod actualis peccati contagium  
nescit conscientia, non vero originalis, quod solum dicimus con-  
trahere.

Respondeo: Non posse S. Fulgentium loqui de solo pec-  
cato  
C 2

cato actuall pro tempore Conceptionis Christi, quia iniunctu-huius Conceptionis, & maternitatis immunitis fuit B. Virgo ab actuall, etiam in instanti sua passione Conceptionis, alias non fuisset idonea Mater Dei, si peccasse & aliquando ex S. Thoma loco supra cit. Deinde contagium non dicitur de peccato actuall, sed de originali tantum ex phrasl D. Augustini locis saepius eit. in Discursu. Quia tantum originale instar contagij serpit ab Adamo in posteros, & ideo Td nescit, applicatum contagio, restringitur ad significandum originale, cum de se quem possit de originali, & de actuall dici, vnde & de B. Virgine cecinit Adam Victorinus Sanctionia iuxta, ac sacra Poesi illustris,

Nos spineti, nos peccati  
Spina sumus cruentati,  
Sed Tu Spina nescia.

**E**t Alanus Insulensis. Nescia spineti florens. Rosa, nescia Culpa. Vcindè Aduersor omisit verba pulcherrima, quæ infra subdidit S. Fulgentius pro Immaculata; sancta est Maria reverentia feminarum, quia per ipsam à ruina prima maledictionis probantur esse subtracta. Neque enim poterat Maria alias feminas à ruina subtrahere, si vel ipsa fuisset prostrata ruina peccati originalis, & paulò post. Cū dixit Ave, Imitationem illi cælestem exhibuit, cum dixit, gratia plena, ostendit eam ex integrō exclusam primā sententia, & p̄ omnā benedictiōnē gratiam restitutam; quæ à Defensoribus negatiæ egredi ponderantur pro Immaculata.

Decimo quinto opponitur: S. Thomas Aquinas explic in Psal. 14. sed in Christo, & Maria nulla omnino culpa fuit, sed in Christo non fuit peccatum originale, ergo neque in Maria. Sed multilatur quia loquitur de peccato actuall, quia dicit; Item in Psal. 118. Beati Immaculati in via ( sine macula ) scilicet mortali, quia peccatum veniale non habet maculam propriè Eccl. 31. Beatus est, qui inuenitus est sine macula, sed in Christo, & Maria nulla omnino culpa fuit, & istis appropriatur temperantia, contrà quam maculatur.

**R**espondet. Et verba in sensuā merito adducto reperiuntur apud Lucam. Vnde dicitur in Opusculo de Morte B. Ying, & merito per ea verba excludi non solum peccatum actualē, sed etiam originalē, tunc quia terminus nullus, vniuersaliter distribuitur, cum quia Td omnino ex Barbosa, ut in Discursu n. 94. est particularē ampliatiua, & nullum admittens restrictionem: deniq; quia parificatur Christus Dominus, & Maria, atqui certum est Christum Dominum carissimum originaliter quod quia habuit originem ab agno intemperantia commisso in eis pomiciētis; id est Christo, & Mariæ alienis a peccato originali, quamquam alię, & diuerso modo, applicatur virtus temperantiz.

**D**ecimus sexto opponitur. B. Albertus Magnus serm. 15. de Anunz. Beata Virgo fuit mundissima ab omni labe exteriorum, ergo fuit mundissima à labe peccati originalis. **A**mutatur Albertus, qui loquitur de peccato actuali, quia subdit, nunquam enim mortaliter, vel etiam venialiter peccauit.

**R**espondet ibi praevis, hic recurrere regulam S. Augustini lib. 1. contrà Julianum c. 9. Quodquid propter, qui enim oarectū actualibus, caret originali; unde subdit Sanctus, propere truncatè adductus ab Adverso. Et certè secundum hoc, plus quid homo hie, non est enim homo, qui non peccet; quia verba non possunt intelligi de peccato actuali, nam infantes sunt homo, & non peccant actualiter; Iohannes Bepestra fuit homo, & tamen eum non peccasse venialiter ait esse probabile Episcopus Placentius in suo knopgnacula fol. 214a n. 266. fundatur in illo Ecclesiæ, ne leni saltē maculare vitam: faminē possit; ergo intelliguntur de peccato originali, iuxta quod dicitur, nemo mundus à sorde, nec infans, cuius unius diei vita est super terram, vnde S. Thomas in 3d. 3. q. 1. art. 2. in argomento sed contrà, ait: Corruptio somnis est causa, cur dicere non possumus, peccatum non habemus. Tandem Albertus ibi in eo sensu dicie, fuisse mundissimam ab omni labe exteriorum, quo dicit, fuisse gratia plenaria,

nam ; sed plenitudo gratiz omne peccatum excludit, ergo Magnus Albertus isti loquacis de aequali, ut originale in sui locatione vniuersali non excludat.

Decidit septimus opponitur: S. Bonaventura de B. Maria ait. Dico igitur, quod Domina nostra fuit gratia plena naturam praeueniente, idest, gratia præseruatua contraria feditatem originalis culpe, quam incurrisse ex corruptione naturæ, nisi speciali gratia præseruata, præuentaque fuisset. Ac præfatus sermo non est S. Bonaventura, sed filius, quare in Editione Romana an. 1596 ex Typographia Vaticana notantur in maligne dicitur; sermonis haec verba: B. Virginem fuisse in orig. Conceptam cum S. Bernardo, cum S. Thoma, & cum alijs. D. Bonauentura in 3. sent. art. 1. q. 1. & art. 2. omnino queritur, hinc sermonum hunc D. Bonauentura non esse, omnino factadum est, eum ipse multis alijs in locis opinionem in 3. sent. affirmantem omnino; & constanter defendat.

Respondeo: Hanc sermonem tanquam D. Bonauenture recipiunt Episcopus Accernensis in suo tract. c. 28. n. 7. Episcopus Placentinus in Propug. fol. 252. n. 313. Marraccius in Purpura Mariana fol. 74. & in Libello fides Caietana p. 35. nullus ex Aduersariis, quem viderim, refragatur, præter Aragoniam meum; quod si vere ea verba marginalia reperiuntur, abusa sunt vel ab Haereticis, vel ab Aduersariis, nam Marraccius in Libello eis bene aduertit, quod stylos S. Bonaventura & auctoritas Sixti V. qui accurate admendam Bonauenture opera ventilari, & purgari fecit, præfatum sermonem esse Sancti Bonauenturae Germanum opus cunctum.

Decimo octavo opponitur. S. Bonauentura in Specul. B. Mariæ lect. 2. ait. Considerandum est, quod B. Maria fuit iniunctorum solum a tripli cuius culpe actualis, sed etiam a triplici ve miserita originalis. De libelli Auctori relata verbis Sancti Bonauentura non profut, dum scilicet ipse immedia-  
te subdit, scilicet formis, a ve miseris parientium, idest, doloris, a ve misericordiarum, scilicet, incinerationis, nihil.

nibillonians; quando agitur de peccato originali S. Bonaventura l. 17. q. 10. art. 1. dicitur. I. C. operis decret. B. Virginem conceptam in originali. Respondendo. Verba sequentia, que Adugus subdit, efficitus est stabilitate arguuntendum meum, nam esse liberum a formite, a dolore pectoris est effectus innocentiae originalis, quare ne dicamus. S. Bonaventura sibi contradicisse, in alijs locis intelligendas est, & explicandas de Conceptione, que est coaggregatio fetus, non de Conceptione, que est animatio, ita Marracius in libelto fides Caietana fol. 35. & Epis. opus Maserinianum Prolog. foliis 11. 17. dicit, intelligentium esse de B. Virg. sanctificatione carnis animatio, nam cum Sancto Bernardo, Magno, Alberico, Alfonso, & alijs. And. ex M. Bento. Societatis Iesu in suo Memoriali, & Episcopis Accuratis in ipso tractatissimis. D. Bonaventura alio quandoque pro. vacuata, ut obediens praecepto Episcopi Parisiensis, sed ferendae deinde se retractasse. & sine d. T. Aquin. et d. Decimo nono opponit. S. Thomas Aquinas l. 6. ad. a. 3. epist. ad Galatas obiter explicans verba Ecclesiatis 6. 7. ubi de milie vestrum regere habet Christum, qui fuit sine peccato, nullus tamen esse non potest exceptus puerissima, & omnia laude dignissima. Virgo Maria ergo. Et anno Virgo fuit sine quinque peccatis originaliis. verba. S. Thomas ipse in libro de Anima l. 15. q. 1. c. 41. dicit. S. Thomam depravatum in libro Parisiensi videtur. Autem liberum, si dignabitur videtur S. Theodosius in Psal. 3. o. ubi aedem repetit sine illa exceptione, in quo habet Christus solus non habuisse peccatum nec contractum, nec commissum. B. Virgo haec habuit contradictionem peccatum ut super Psal. 3. o. ait; quidam sanctificantur in verbo, sed omnes peccatis. Quia illi vero concipiuntur in originaliis, hanc illam. Deinde afferuntur exemplaria antiquiora sine illa exceptione, quam deum. Francisco Sylvanus. 3. p. 9. 29. ut in dicitur eam exceptionem sufficiat ante.

Respondeo. Exceptionem illam omnino esse apponendam utrobiusque quia D. Thomas utrobiusque loquitur tam de originali, quam de actuali, asserte enim illud Psalmi; non est, qui.

qui faciat bonum; non est vñq; ad. vnum i. quæ verba peccatum actuale indicant apereō; quod autem illa exceptio non reperiatur, accidit Aduersariorū culpa, à quibus fuisse abrasam texzancur Henriquez lib. 3. summez c. 14. Pineda in cap. 7. Eccles. n. 7. Theophilus Rayaudus in Diphcias Marianis p. 2. n. 46. Catharinus in opusculo de Conceptu quia verò D. Thomas in Ps. 13. adducitur, quod dicat, B. Virgo habuit contractum, explicandas est de peccato originali in caræ, & secundum debitum, & eodem modo explicandus est, & intellectus in Ps. 50. solus Christus conceptus est sine originali, & actu, & secundum debitum, nam alij concepti sunt in originali voluntate, vel secundum debitum, alias D. Thomas sibi contradixit, cum alijs in locis immunitate. B. Vigintis ab originali sententia: distinctione hæc de actu, & debito est Gaetani l. 2. q. 81. art. 3., & ipsius D. Thomas in 4. dist. 2. art. 4. ad 3. Quod si velic Adversarii te atque sentio, affirmat ipse texzus D. Thomas sine illa exceptione, ante obrog. Controv. Deum, nihil valde suspicta videtur legi illa, Christus non habuit peccatum nec toheracum, nec co-missum, B. Virgo habuit contractum, quia animis clavis aperte est pro maculata, & alij sua doctrina: Sicut non inobstat loquuntur s. Thomas, cuius tempore non erat ista Cibethro uaria adiuvencia, ut faceret Glicentius locutionem citandas.

Vigesimò oppositurs. Hieronymus, qui serm. de Assumpt. dicit. Benè gratia plena, quia ceteris per pareos praedita, Marie autem tota simul se intus gratie plenificata, quæ etiam Christo, sed in Maria fuisse, totam gratiam plenitudinem, etiam fuisse immunitam à peccato originali, ergo. Ab Sanctis magistris, seu defloratur verbis, que modice utin ea quæ referuntur libellus, et sunt in hoc, quippe est, quando verbum Gap fulsum est in ideo Sanctus ibi loquitur de Conceptione actua, non passua.

Respondeo. Ea verba S. Hieronymi ita reperiri in dicto sermone de Assumptione, ut intersequuntur in Discursu, & apud

apud Catharinam in disp. pro Immac. ad Synodum Tridentinam p. 1. fol. 85. apud Episcopum Acernesem in sua tract. c. 18. liceetum sermonem adscribat Sophronio. At omnino falso est, verba, quæ assert Aduersarius mediare inter relata in Discursu, immo truncatè omnino, & transpositè afferuntur, nam Sanctus immediate post ad relata in Discursu sic ait, hoc quippe est, quod David canit, descendit sicut pluia in vellus; & quatuor lineis interiecit; subdit, quando Verbum caro factum est; en quomodo Aduersarius transponendo verba, truncat, & deflorat Hieronymum, suummet errorem alijs appöngens per summam iniuriam; & paulò post S. Hieronymus explicans illa verba, Dominus tecum, ait, Dominum iam fuisse in Virgine ante Angelicā salutationem, sic enim habet formaliter, & in terminis; etiam erat in Virgine, qui ad Virginem mittebat Angelum, & præcessit nubium luum Deus. En quomodo Hieronymus à perte docet, Gratias concédas B. Virgini in Conceptione sui actiuæ, retrotrahenda esse ante illud temporis, quo actiuæ Concepſio peracta est.

Vigesimo primo opponitur S. Hieronymus ad illa verba Psalm. 77. Deduxisti illos in nube diei, ait. Nubes est B. Virgo, quæ benè dicitur nubes diei, quia nunquam fuit in tenebris sed semper in luce; Verum non certò constat; hoc opus est Hieronymi, inquit Sylvis loco alias cit. Et Sextus Senensis, quia multa continet contra Hieronymum.

Respondeo. Ea verba referri tanquam D. Hieronymi à Cathariso, ubi supra in resp. ad Obiect. 20. ab Episcopo Acerne, ubi supra, ab Episcopo Plasentino in Propugn. f. 314. nu. 265; & Marraccio in Purpura Mariana fol. 204. immo & à Hyacinto Arpalago quamvis Aduersario, qui eamē ea verba intelligit de Conceptione actiuæ B. Virginis, non passiuæ. Sed estò non sic Hieronymi, erit Sophronij, qui fuit D. Hieronymo amicissimus, nec non prius, & doctus vir, ergo adducta verba in Discursu parem habent autoritatē, & pondere, ac si essent D. Hieronymi.

D

Vige.

Vigesimo secundò opponitur S. Anselmi lib. de Concepto. B. Virginis c. 3. ad. Si ergo Hieremias, qui erat in genibus prophetaturus in vulva est sanctificatus, &c. At S. Anselmus, de Concepto. B. Virginis Commentarium scripsisse fertur, sed auctiō eius sit, à multis ducitur in Controversiam, ut notat Ioannes de Turcremata p. 12. c. 10. & Baroarius in Martyr. die octauo Decembri, & in operibus D. Anselmi Coloniae 1573. relatus liber non innenit, non ergo virgine, quia libellus refertur ex Anselmo lib. de Concepto. B.M. V. au. 3. 2. 40. JRS. p. 1. Respondeo. Illud opus de Concepto, reperiiri inter opera D. Anselmi sub nomine Fragmētorum, ostendit editio Lagdunensis anni 1630. & maior pars Auctorum, quibus standum est, non difficitur esse Anselmi. Vide Propugnac. Episcopi Placentini fol. 148. nu. 193. Franciscum Biuarium in SS PP. vindicatis, Marraccium in libello Antistites Marijani fol. 60. Episcopam Acerne in suo tr. c. 23. nu. 1. 2. 3. vbi ait. Contra eam clara verba D. Anselmi pro Immacul. mī atque postioppōi, nisi id, quod Ioannes de Turcremata imaginatus est, nempē eam libera non esse. Anselmū, sed quia hic libet ante tempora Iosaph. de Turcremata, hoc est ante an. 1400, prouero Anselmi fuit communi calculo sicut habitus, & postubicationes Iosaph. de Turcremata Doctores Parisenses in c. 5. epist. ad Rom. qui Glossam ordinariam emendauit, & alii illius rāquam. D. Anselmi recipiunt, non est negandum, eam libera vere esse Anselmi.

Vigesimo tertio: S. Anselmus lib. de Excellētia. Virginis c. 3. ait nulli dubium est, califissimum eius corghen & sanctissimam animam eius funditus fuisse obsequiū, macula &c. Verum. Sanctus multilaterus excepit tribus impudicias, verbis & preiudicē perperam salua pace intellexit, qui dare lēquitur ibi non de tempore Conceptionis passum. B. K. sed de ipsa post Nativitatem, & infantes annas exuta, & consequenter per custodiā. Agelorum ab omni actuali peccato funditus protecta, quia sic dicit antecedenter ad verba rāque in libello. Nam

ta igitur; & infantiles annos exuta, quae creatura, quam  
sancte, quam Deo digna vitam iusticeret & & inserviam  
tegerit, quis vel cogitari, non dicam dixi, queat coniecta-  
re? nulli deniq; dubium est &c. Attendat rego. An Arbor li-  
belli, quo ibidem inferius subdit Anselmus; Sancta virgo, in-  
quit; Maria tam excellenter illi placuit, ne quaquam crede-  
ret, quis illam aliqua ratione excellenter placere potuisse,  
ministrorum tenemus fide, ab omni si quid adhuc in illa originalis,  
sive actualis peccati supererat, ita mundatum cor illi;  
Hus, ut nec supericara Spiritus Domini, scilicet super hu-  
militatem & quietam, & trementem verba sua eotus quiesce-  
ret; hoc ille. Fomitem, qui est aliquid originalis peccati super  
extinctio in ea. In Virgine tempore Conceptionis Christi, docet St  
Thomas 3. p.

Respondet. Ex regula supra tradita gratias omnes, &  
privilegia B. Virginis attributa in Conceptione, aliua rese-  
renda esse ad tempus eius Conceptionis passiu[m], quis tunc  
etiam fuit Mater Dei, & quidem etiam in instanti Concep-  
tionis passione absuisse. B. Virginis validam manum custodit  
Anglorum, refert Bernardinus de Bustis ferens, p. 3. ubi  
aut, tempore Bonifacii Papae tertio, quadam Monialis  
meditabatur de Concepcione Virginis, & facta in celsis  
vidit B. Virginem sibi dicentem. Seis filia, quod mea Con-  
ceptionis, & sanctificationi a siderante trahilia Cherubim  
canentium, & dicentium, Mater Domini est Maria, & car-  
bunculum Trinitatis. Et quidem in citatis Anselmi ver-  
bis notanda sunt ea; in g[ra]m[atica] custodia, & funditus protetta, nam  
priora significant custodiā nūquā intermissionē a pri-  
cipio vite, vñq; ad finem, & funditus idem est, ac origina-  
liter.

Vigesimo quarto opponitur. B. Albertus Magnus de Igo,  
dibus Maria c. 179. dicitur ergo, quod h[ab]et P[ro]p[ter]ea est ad  
originali, non dico distanciā, sed segregatio, & ad primam  
librem, quantum possibile est pura Creatura, Deiformis  
approximatio, ergo Parvitas B. Virginis separata originali se-

gregatio. At nescilens Beatus ex verbis, quia immodicata se  
quoniam, proinde perperam intellectus, pergit enim Albertus,  
vnde secundum rem nihil aliud est hæc puritas, quam in  
summo c. 178. explicavit; nisi peccati originalis delictio, somni-  
eis extinctio, gratuitatut purificationum ultimatio. Hac illa.  
Pergit adhuc Albertus. Dicimus etiam quod ad hæc Puritas  
est in summo quatuor gradibus ascendit. Primo enim  
purificata fuit per sanctificationem in utero &c. Verum quo-  
modo fuerit in utero sanctificata, explicauerat Beatus c. 166.  
Vbi si dicit. Iten dicit Anselmus. Ea puritate B. Virgo non  
tebat, quæ sub Deo maior nequit intelligi, sed paritas ho-  
minis Dei est peccatum originale nec habere, nec in qua  
habuisse, maior postquam riboriginalis quidem habuisse,  
sed statim, & omnino ab illo mundatam esse, ergo B. Virge  
debuit quidem in peccato originali concepi, sed statim ab  
ipso penitus mundari, ergo debuit in utero sanctificari. Hec  
ito. Autem libelli, salua pace, videtur nolle querere Veritatem  
mencis. Alberti circa Conceptionem B. Virginis.

Respondeo. B. Albertum dico. me munitum, quia  
omnis in Discursu verba sequentia ad relata in illo, at cur  
Aduersarios non debeat dici munitas, & detruncasse Al-  
bertum, quia omisit verba sequentia ad relata in sua ob-  
jectione, quæ spectissime fauerit Immaculata. Audi quid  
dicat Albertus de primo gradu, quo fuit B. Virgo purifica-  
ta per sanctificationem in utero, audi, & erubet. De pri-  
mo dicit Cantorum 4. Tota pulchra es &c. tota pulchra ab  
originali, tota pulchra à mortali, & macula; scilicet, peccati ver-  
matis non est in Te. Ad explicationem Alberti sanctificatio-  
nis B. Virginis in utero c. 166. audi impugnationem seu re-  
tractationem, seu veriorem declaracionem eiusdem Alberti  
c. 178. Item si dicatur, quod hæc puritas sit maior post Deum  
& recessu ab originali, quia Christus habuit puritatem ab origi-  
nali talem, quod nunquam, & nullo modo habuit originalis alij  
omnes baptizati habent puritatem ab originali, quia habuerunt  
& aliquo modo habens, quantum ad panam somitis, sed ince-

Mallo modo bâdere, quod virtus sive virtus habet; et habere, est  
invenire habuisse; et non habere, quoniam non ad aliquid. Et hoc  
Puritatem beatissimam Virginis immundicam post Christum; si  
fuerit pura, comprobata, quia dicit Angelus propheta Christum,  
sed post Deum. Ecce Albertus impugnat et velatio modo  
vulgicaliter parte acta. B. Virginis sicut mod. ac explicatur  
c. ill. 106. Deinde c. 179 explicando verbaque additum in  
Discursu post verba; quae super adduxit Adversarius, ait:  
Ex his patet quod nihil ad propositum; quod obiciunt de alijs  
sanctis, vel manuteneatis, vel Christo; vel Angelis Deo; ergo  
quando affecit puritatem hominis Dei; id est Christi, ad  
Immaculatam Conceptionem B. V. impugnandum, ad re-  
fers ad puritatem de Puritate B. Marie Virginis. immi-  
diatè post Deum, id est quando Albertus dicit, B. Virginem  
concepit in originali, si fuerit mundatana, ne siti con-  
tradicat, debet explicari, si intelligi quod per peccatum  
originale, vel in rebâxerie debitam, vel carentiam iusticie  
& innocentia originalis plena, & perfecta; sed erò procul  
dicit carentiam gratiae sanctificantis in instanti animacionis  
sibi, ut etiam supra dixi capitulo 178. consequitur. Sunt  
Viginti quinque oppositio. Magis Albertus in Mis-  
sionarii de laudibus B. Mariae c. 178. ait de puritate iniustie  
mo fuit haec Peccata. Beatisissime Virginis immundice post  
puritatem Christi; sed puritas ex Sancto Thoma dicuntur per  
recessum à contrario; id est à peccato originali; ergo Beat-  
a Virgo &c. Verum non sufficit. Aut libelli, sive pace;  
mutilare Albertum, dum ex c. 178. accipit titulum capituli, scilicet  
de puritate in summo; & accipit sicut nec Ruritas Bea-  
tissime Virginis immundice post puritatem Christi; obi-  
tit, qua immediatè dicit Albertus, scilicet si sic dicatur, con-  
tra est quod non dicit Angelus propheta Christum; scilicet post  
Deum. Puritatem agit B. Virginis immundicam Albertus.  
Consequitur illuc in libello non sunt ad mentem Alberti aquæ  
explicant c. 178. B. Virginis Puritatem in sommore esse vulnus c.  
179. primo gradu acquistum a B. Virgine per sanctificationem.

In verbo, quam sancti passionis explicat ep. 166. non obstat originali à Virginie conformatio; legat, rego, Albertum, Augustinum, libelli, & dicitur libellum non facere pro Immaculata.

Respondeo. Aduersarius addendo. Td autem impossibile per summam iniuriam communionei cuiuslibet cum verbis, que habet Albertus in corpore c. 173. nam et in Discerto non dico; B. Albertus in suo Marijli sic, ut refert aduersari. sed dico. Nonagesima sexta est B. Alberti Magni in suo Mariali de laudibus B. Marie Virginis c. 172. De Puritate in summo: quare ablatio. Td autem & positis dubiis punctis ac terminatibus, verba eiuslibet non coniunguntur, cum verbis, que habet Albertus in corpore eius capitulo. Quod si taceatur, verba sequentia, si sis dicatur, cetera est; sed verba hanc non ererunt enim facta arguuntur, hoc enim corpus fundatur in termino illo. Puritatem altera ab Alberto ibi, ubi agit de Puritate, in summo: & Albertus ibi, non impugnat hanc sum, & significatur eius sermone, sed impugnat doctrinam aliacam ab Aduersario, nomine quoque Purificatio B. Virginis sit media inter puritatem humilitatis Dei, & puri hominis, unde etiam agit, quod Puritas, que affectatur de Christo, non est ad propositum de Puritate Virginis. Deinde non bene astutus, Puritatim in summo aliorum à Magno Alberto, t. 173, explicari per verba capitulo 166 quoniam scimus inveniri apud Auctores, explicari verba postea per antecedentias, tediem contra, antecedentia explicantur per posteriores, & subsequentes, explicatio enim est maior declaratio eorum, que dicta sunt, non eorum, que dicenda sunt.

Vigilamus et apponimus. & Vianentius Ferrelius scripsit de Nativitate: Lux dicitur illa benedicta generatio Matris, que facta est sine peccato culpo, sed B. Virginem filii generationem sine genibus culpa, & formatae fusse concepcionis sine peccato originali, ergo & in multitudine sanctissimis ex verbis antecedentibus, ipsius partecipare amorem sanctus inseparabilis intentionem sanctorum. Crux romana. Pergit Rincenatus sive facta est lux facta est dignitatis B. Virginis non credamus dicitur.

Ric.

• Respondens ut Concepio B. Virginis sine fide reuebra corpore id est; sive intentione carnali; si corrupta Parentum. B. Virginis locutionis & ante, qui postus, ut me obediens, re D. o, congressi sunt ad generandam, & concipiendam B. Virginem, ut ex Nostris factentur, & summo conatu probabant Canisius lib. 1. c. 7. Post in Elucidatio, Lcana, S. Brigitta in suis reuelatiis. v. c. 9. necessario, et manifeste deducit, i. e. ut ea conceptam sine originali, quia sola ratio contrahendi originate in eo consistat ut quod de secundamus ab Adamo per seminataea generationem ex peccato concupiscentia, & intentione carnali, & corrupta, ergo si haec praevia concupiscentia, & carnalis intentionis non fuit per Te in Conceptione B. V. non est conceperat in peccato originali.

Vidit huius argumenti via, & efficaciam expugnauit. super libello supplici, & idem actum in missione contra Bozani, affirmat Conceptionem B. Virginis fuisse factam sine corrupta concupiscentia? & intentione carnali, subiecto, hoc ipsius dicitur esse invenit remedium, & absque utilitate debet esse. Vide Acropigii Episcopi Placentioli. 1. 6. c. 2. 3. Tandemque Adversarius omnium campam agit, proponit in duas postremas, verba S. Vincentii, maxime aperte, quod facit, scilicet in his quibus in peccatis catherim mire, et miserere, sed statim exhortare, sicut sanctificata, quod cum tam sapientia facias, omittendo obfusca, & ab uitiosis ab aliis finibus accessendo profutura, verba I.S.P.P. nos video, ut non possis arguere mortificatione, defloratione, decoloratione, quam alibi quam sapientia, sed in sanctitatem vestrum obfuso, ut apposite videbam, quoniam de tito te laqueo expellit. V. lxx. 1. 1. 1. 1. M. 1. 1. 1.

Vigesimo septimo opusculo. S. Isidorus Thessalonicensis Archiepiscopus in suo Mariali oratione ingressu Immaculatissime in Sancta Sanctorum ait: Decebat enim illius congressum &c. Verum admiror valde, quod Author libelli non aduerterit clariora verba Isidori orat. 4. in dormitione B. M. pro sententia affirmativa, ubi sic ait: Nata eis quidem B. Virgo ex propria Matre sicut homo, & idem antiqua et regaliter,

sistem, dico sistem peccatum originale, cum quo nascitur, & quod initio acciperat, nullo modo poterat evitare, nec transgredi, de qua, & Diuus David philosophatus dicens, ita peccatis concepit me Mater mea; hoc igitur solum in hanc vitam edita tulerat, ostendens generi humano; alterius vero crassitici, cuiuscunq; videlicet, inquinamenti prorsus incapax manuit; hoc ille? Quid clarius? Quod vero notat, Marraccius fol. 245., quod natum hucusq; afferere anfus est, B., Virginem cum originali macula fuisse natam, magis ad purorum, quod non distinguunt duplexem Natiuitatem in utero, & ex utero, nullus quidem ait, B. Virginem natam ex utero in originali, at natam in utero cum illo, docent omnes antiqui Theologii, Potest autem Isidorus explicari in primo suo dicto de congressu parentum sine tenebris culpa, ut dictum est cum Sancto Vincen-  
to, nam dicit: remediat, quod quidem parentes suos facti offendit, & congressus cum habita sunt Deo, deuenient ipsis ad con-  
genitum, qui conuenientia prolinatur se fuit. Hoc illuc.

Respondens: Verba citata erant unde Dormitione Dei pars, nullam habebet vim contra Negativam; nam per antiquam crassitatem ego intelligo morbidam qualitatem corpoream recepsam in carne, in qua considerare originale pec-  
catum dicere quam plures ex antiquis Theologis, et Magi-  
stris, & d. 30. & 31. qui propter ea vilius sunt starc pro affirmati-  
va, pro qua valde miror, quod Adversarij doct, tam confi-  
denter afferte probartones, & confirmations, cum de ea  
ne loqui quidem possit nisi quia Fra tribus sui ordipis, &  
magistris sua Religionis duxerat. Immerito mira-  
tur, Marracium non distinxisse Natiuitatem in utero, &  
ex utero, quia notum est, eam distinctionem ab Assertionibus negantibus oditam esse canepieus, & angue; quid enim  
absurdus, quam confundere Conceptionem cum Natiui-  
tate, Conceptionem appellando Natiuitatem; similiter  
posset quis Natiuitatem appellare Conceptionem, & quando S. PP. dicunt, B. Virginem natam sine originali, intel-  
ligere esse Conceptionem sive originalem; & quia B. Virginem  
esse

esse natam sine originali, est adeò certum, ut contrarium dici non possit sine temeritatis nota, etiam esse conceptam sine originali, erit simili modo ceterum; quod utinam Adversarius admitteret.

Vigesimo octauo. S. Diony sius Alexandrinus in epist. ad Paulū Samosatenū ait. Filius Dei Matrē incorruptam à pedibus, vslq; ad caput benedictam seruavit; sed Beatah Virginem fuisse seruatam incorruptam à pedibus vslq; ad caput, importat seruatam esse immunem à peccato originali, ergo. At Dionysius mutilasur ex antecedentibus verbis ad relata in libello, ac proinde perperam, salua pace, intellectus de: Conceptione passiuā B. Virginis, qui manifeste loquitur de In- corruptione Virginitatis, & de Conceptione attiuā, nam sic dicit. Ipse est, qui nouissimis diebus propter nos venit, non in figura ignis, sed conceptus in ventre Virginis Matrē suā perueniente Spiritu Sancto in eam, & Matrē à pedibus vslq; ad caput benedictam seruavit, sicut ipse solus nouit modum conceptus, & ortus sui. Hec ille in responstone ad 10. quæst. manifestum est autem, quod tempore Annuntiationis Vir- gnis legitimus Luce 1. Spiritus Sanctus superueniet in Te.

Respondeo. Verba Dionysij in sensu à me relaxa, recipi ab Episcopo Acernen. in suo tract. cap. 17. n. 11. ab Episcopo Placentino in Propug. fol. 173. nu. 221. à Salazar, & alijs defensoribus Negatiuā. Nam quia verba citata sunt vniuersaliz, & complectentia initium, & finem vite V. Matrē, hoc est Conceptionem expressam per caput, & felicem eius transitum expressum per pedes, & quia omnia gloriola, quæ de B. Virgine dicuntur pro tempore Concep- tionis Attiuā, referenda sunt ad tempus Conceptionis passiuā, ut sepius probatum est, ideo adducta hic ab Ad- vers. nihil vrgent.

Vigesimo nonō opponitur: S. Ildephonſus Archiepisco- pus Toletanus lib. de Virgin. & Part. B. M. V. ait. Sed libet eximiæ pietatis honorem vobis, & eius B. V. prædicare, pudicitiam incorruptam, & incontaminatam, & à conta-

E gione

gione primæ originis alienam. At Sanctus mutilatur, ex verbis immediate antecedentibus, & sequentibus ad relata in libello, proinde perperam intellectus, qui manifeste ibi loquitur de tempore Conceptionis actiua, in quo Virginis eluxit incorruptio in Conceptione, & parturitione Verbi, quia sic dicit. B. Virgo nihil horum pertulit, quæ & gaudium habuit in fru-  
tu, & honorē in partu; hinc quoq; dicitur concepisse Vir-  
go, peperisse, & permanisse, sed libet eximia pietatis Virgi-  
nem &c. de qua si interrogemus Virgines, norunt incor-  
ruptionis gratiam, sed nesciunt fecunditatem prolis; si ve-  
rò quæramus apud coniugio dedicatas, sciunt quidem  
maledictionem Eoꝝ, pressuras, & gemitus, sciunt & inter-  
zumnas, & tristitiam fecunditatem seminis, sed nesciunt  
integritatem Virginitatis nec in Concepitu, nec in partu;  
B. Virgo Mater Domini, in utroque permanuit. Hac ille,  
*Quid clariss?*

Respondeo. Verè S. Ildephonsum in verbis cit. loqui de  
Virginitate, & Conceptione actiua Christi; sed insimul al-  
serere ibi B. Virginem fuisse alienam ab omni contagione  
primæ originis; Quid est contagio primæ originis, est né  
Virginitas? Deinde Ildephonfus eodem libro bis repetit,  
constat eam ab originali peccato fuisse inamunera, bis repetit,  
nec contraxit in vero sanctificata originale peccatum; interro-  
gatiuè ait, quomodo sine peccato originali non fuit. Vide Acer-  
neni. c. 20. & n. 8. vsq; ad 10. & Plasentinum in Propug. fol.  
138. & n. 183. vsq; ad n. 188. sed fistamus in citatis verbis.  
Ais ex Ildephonso. B. Virgo nihil horum peccauit, sed non ex-  
plicas, quid veniat per Tòborum, mutilas ergo, & depravas.  
Ildephonsum; horum, idest, doloris, quem alii parturien-  
tes sentiunt; horum, idest, immunditia, & contumelij, quas  
alii parturientes experiuntur; si ergo B. Virgo est immu-  
nis à dolore partus, si ab immundicia, quæ sunt penæ  
peccati originalis, ergo immunis est ab originali culpa, in  
eo enim, in quo non est pena, neq; debet esse culpa.

Trigesimo opponitur. S. Ildephonfus lib. de Virg. &  
Partur.,

Partur. B. Virg. ait. Genitus, & corruptionis partu formicinorum ex delicto, & maledictione primæ originis veniunt. Maria autem in totum extranea fuit à maledicto primæ damnationis, sed fuisse B. Virginem extraneam à maledicto primæ damnationis, est etiā immunem fuisse à peccato originali, ergo. At Sanctus mutilatur ex verbis immediate sequentibus ad relata in libello, proinde perperam intellectus de Conceptione passiva Virginis, qui manifeste ibi loquitur de tempore Conceptionis attina, quando fomes, qui est effectus peccati originalis, fuit ei totaliter extinctus, ut docet S. Thomas 3. p. q. 27. art. 9. Ildephonse sic dicit in immediate ad verba relata, sed deflorata in libello. B. Virgo plena gratia nec dolorem sensit, nec corruptionem viscerum pertulit, quia quantum aliena fuit à culpa Spiritu Sancto in ea cooperante, & virtute altissimi, qua adumbratur, in totum extranea fuit à maledicto primæ damnationis, & tantum immunis permanxit à corruptione carnis, nec non à gemitu, & doloribus, quibus vexantur filii Eux, dum parturiunt &c. Hac ille. Manifestum est autem, quod tempore Conceptionis attina Virginis Spiritus Sanctus cooperatus est in ea, & virtus altissimi ei obumbravit Luce.

Respondeo. Ex dictis iam in responseione ad obiectio-  
nem 29. patere, quid sit dicendum ad istam Trigesimam,  
& ideo non est, cur in dictis iam, & superfluis immo-  
remur. Solum noto primò, B. Virginem dici extraneam à  
maledicto primæ damnationis, tam clare, tam dilucide in-  
dicare eius innocentiam originalem perpetuam, ut clatio-  
ra verba inuentri vix possint. Secundo; B. Virginem immunem  
fuisse à dolore partus, & à corruptione viscerum, que  
sentiunt filii Eux, dum pariunt, esse paenam peccati origi-  
nalis, quod contrahunt filii Eux, nō dum pariunt, & alios  
concipiunt, sed dum ipsa concipiuntur, & ideo si Beata  
Virgo est immunis ab his paenis, est immunis à peccato  
originali, quod contrahitur ab homine, dum concipitur,  
non vero dum concipit, & atios patitur.

Trigesimo primò opponitur. S. Ephrem Syrus orat. de Laudibus B. Mariae ait, Immaculata, intemerata, incorrupta, & prorsus pudica ab omni forde, & labore peccati alienissima Virgo Dei, & sponsa Domina nostra; At non fuisse B. Virgo Immaculata, intemerata, incorrupta, nisi caruisset originali, ergo. At Sanctus mutilatur ex sequentibus immediatis verbis ad relata in libello, proinde perperam intellectus, qui loquitur ibi de tempore Conceptionis actiua, quando fuit ei fomes totaliter sublacus, ut proinde cuperit immunitas peccati relacere in ea, teste S. Thoma 3. p. q. 27. art. 3. unde subdit Ephrem immediatus; Quia Deum, & hominem mundo mirifica, & gloria tua Conceptione peperisti.

Respondeo. Quod si Sanctus ibi loquitur de tempore Conceptionis actiua, & ea verba referenda non sunt ad tempus Conceptionis passiuæ, ut toties supra dixi, esse referenda, sequeretur, B. Virginem antea tempus Conceptionis actiua, non fuisse Immaculatam, incorruptam, & prorsus pudicam; sequeretur, non fuisse in utero sanctificatam, nec in ea fuisse somitem ligatum, fuisse natam in originali, carnifice actualia, nam hec omnia Privilegia B. Virgini convenient, ut Mater Dei est, & ut in ea fuit Conceptionis actiua, ergo toto tempore antecedenti ad diem Annuntiationis, fuit Privilegia non essent illi illo modo concedenda, quia decesset illi titulus Conceptionis, id est, titulus Maternitatis; at hoc est absurdum, ergo gloria omnia, & speciosa, quæ de B. Virgine dicuntur pro tempore Conceptionis actiua, referenda sunt ad tempus Conceptionis passiuæ.

Trigesimo secundò opponitur. S. Fulbertus Carnotensis in ser. de B. Maria, ubi loquens de B. V. à Spiritu Sancto singulari munere repleta, dum concipiebatur, ait; Nunquid absfuisse credendus est Spiritus Sanctus ab ista eximia puella, quam sua obumbrare disponebat virtute &c. Si ergo Spiritus Sanctus non absfuit à B. Virgine, dum conciperetur, ergo B. Virgo libera fuisse peccato originali. At S. Fulbertus mutilatur ex antecedentibus immediatis verbis, ex sequentibus ad relata in li-

in libello, proinde perpetuo intellectus de Conceptione, qui manifeste ubi loquitur de Nativitate B. Virginis, quia serm. 3. in ore almae Virginis iniulata, sic dicit. Cogitamus de Sanctissima, & ultra quam dici potest dilecta Virgine, Sponta, scilicet, & Matre Domini Maria aliquam allocutionem facere, de ortu videlicet eius; Quanta putamus prouisio, fuerit SS. Angelorum circa tam Deo gratissimos parentes ab initio sua procreationis, & excubationis super ingentem sobolem; nunquid abfuisse credendus est Spiritus Sanctus ab ista eximia puerula, quam sua obumbrare disponebat virtute? Et post paucas lineas dicit. Hodie primiceria, & duces Virginum a Sanctis Prophetis vaticinata oritur, congratulenter ei cunctae Virgines, quia nascitur pudica puerula, quem amatorem peperit integræ Castitatis. Hac ille,  
*Quid clarius?*

Respondeo. Admitto libentissime S. Fulpertum ibi loqui de Nativitate B. Virginis, & summopere gaudeo, te tandem recognoscere assistentiam Spiritus Sancti, & Angelorum custodiam erga B. Virginem, non solum in die Annuntiationis, & pro tempore Conceptionis aetius Christi, sed longe ante, nimirum in eius Nativitate, quod supra obiectum, 30. & 23. reuebas admittere. At non sequitur, S. Fulpertum non loqui de Conceptione passiuam, nam si a massis Veritatem, non attulisses verba Fulerti mutilata, & truncata ex antecedentibus verbis ad relata in obiectione. Nam S. Fulpertus quibusdam lineis antecedentibus habet; In huius Conceptione necessaria haud dubium est, quin utrumque parentum virificus, & ardens Spiritus singulari munere repleuerit, quodque ab eis SS. Angelorum custodia, & prouisio nunquam abfuerit. Quid? Quod ipsum manifeste elicitur ex verbis de te sponte adductis, sic enim refers, quanta putamus fieri prouisio SS. Angelorum circa tam Deo gratissimos parentes ab initio sua procreationis, & excubationis super tam ingentem sobolem. Dicas amabo, initium Procreationis B. Virginis, est ne Nativitas, an Conceptionis? Nonne creari dicitur homo,

mo, dum anima corpori infunditur; & vnitur ergo Conceptioni B. Virginis deputata fuit SS. Angelorum custodia, ut etiam supra diximus ex Bernardo de Bustis; fuit ergo Sanctus Fulbertus a me benè intellectus, sincerè adductus perperam intellectus ab Aduersario, & truncatus, ac defloratus relatus.

Trigesimo tertio opponitur S. Athanasius Episcopus Alexandrinus term. de Sanctissima Deipara, ait. Dicamus eam igitur iterum, atq; iterum, semper, & vndequaq; Beatissimam &c. sed Beatam Virginem dici semper, & vndequaq; Beatissimam, est dici in nullo temporis instanti fusile alienam à peccato originali. At Sanctus mutilatur ex verbis immediatis ad relata in libello, proinde perperam intellectus, qui manifestè loquitur ibi de tempore Conceptionis actiua, non passiva B. Virginis, quia sic dicit, ex carne eius, & ex ossibus eius veluti ex veteri Adam, nouus iste Adam, vivi- cem eius expiereat, & statim sibi fixit, nimirum, ipsam Incarnationem, eamq; semel induitam perpetuo gestat; ac proinde ista noua Eua Mater vitæ appellatur, variegataq; permanet ad primicias vitæ immortalis omnium viuentium. Dicimus eam igitur iterum, atq; iterum semper, & vndequaq; Beatissimam; Hac ille. Aduerteat Aut̄or libelli causa- lem illam, ac proinde ista noua Eua Mater vitæ appellatur &c. Et illam unctionem; Dicimus eam igitur, quæ supponit antecedentem Incarnationem factam tempore Conceptionis actiua B. Virginis, quæ postmodum cecinit, Eccè enim ex hoc Beatam me dicent omnes generationes, Luke 1.

Respondeo. Aliud esse, assignare Causam ob quam, vel pro qua Beata Virgo debeat dici semper, & vndequaque Beatissima, & aliud est, assignare tempus, in quo, vel pro quo Beatissima debeat dici, ut etiam alibi supra in respon- sione ad octauam obiectionem adnotavi. Fator, causam ob quam, vel pro qua B. Virgo Maria debeat dici Beatissima, esse Incarnationem filij Dei, & Conceptionem actiua, sed tempus, in quo, vel pro quo debeat ita dici, non est solum

solum tempus Incarnationis, & Conceptionis actiuæ, sed semper, ait Sanctus, & non nisi violenter, & contrà mentem S. Athanasij, Tò semper, potest coarctari ad solum tempus Conceptionis actiuae, & Incarnationis.

Trigesimo quartò opponitur. S. Athanasius serm. de Santissima Deipara, ait, Quia de causa factum est, ut gratia plena appellata sis, ut potè quæ omni gratia abundas, idq; per superuentum Spiritus Sancti, sed non potest verè dici. B. Virgo abundare omni gratia, nisi habeat gratiam præseruatiuam ab originali, ergo. At Sanctus multilatetur ex antecedentibus verbis immediatis ad relata in libello, proinde perperam intellectus de tempore Conceptionis passiæ, qui manifestè loquitur ibi de Conceptione actiua, sicut in superiori testimonio Athanasij n. 33, quia sic dicit: Decet enim Te Matrem regeneratricem, Dominam, ac heram cognominari, ex eo quod ex te prodige Dominus, ac Deus assistens illi, nobis quidem terribili, sibi autem dulci, omnemq; gratiam largienti vultu; qua de Causa factum est, ut gratia plena appellata sis, ut potè quæ omni gratia abundares, idq; per superuentum in te Spiritus Sancti. Hac ille. Notez, rogo Author libelli illam causalem, eo quod ex te prodige, Marianam, qua de causa factum est, ut gratia plena &c. adhuc est, manifestè tempus Mariani Conceptus, & partus Verbi, quando in eam legitur superuentus Spiritus Sanctus. Unde Nicolaus de Lyra Ord. Min. Super Lucam. c. 1. ait. Spiritus Sanctus superueniet in te, quia prius venerat Spiritus Sanctus super Virginem, adhuc in vetero Matris existentem eam ab originali purgando, ut communius dicitur, vel secundum alios à peccato originali præseruando. Hec ille. Venetijs 1495: ut in nostra libraria, licet vitiatum legerim Liranum in posterioribus editionibus.

Respondeo. Verè Canlam ob. quam, vel pro qua B. Virgo fuit gratia plena, esse Conceptionem actiuaem, & Maternitatem Christi; At quia ex dictis jam sèpè, & probatis etiam in instanti animationis sua fuit Mater, ideo omnia priuilegia, que de Beata Virgine dicuntur, sive à SS. PP. siue à.

de à Sacra Scriptura ; deberet de illa verificari pro tempore eius Conceptionis passiūz , seu animationis ; Hoc est quod dicit Lyranus, quod Spiritus Sanctus prius venerat in Virginem in utero Matris existentem purgando, seu præseruando iuxta varias sententias, hoc est, quod dixerunt supra SS. Bernardus, Thomas, Hieronymus, & Magnus Alber-tus n. seu obiect. 9.

Trigesimo quinto S. Maximus serm. de Assumpt. ait, ex radice vitiata sine vicio prodijt Virga , quæ intelligitur B. Virgo Maria attestante Isaia , qui dicit, exiit Virga ex Ies- se , sed B. Virginem prodijisse sine vicio , est prodijisse sine peccato originali, ergo . At Sanctus mutilatur ex verbis antecedentibus ad relata in libello, proinde per peram intellectus, qui manifestè non loquitur ibi de Conceptione, sed de Natiuitate B. Virginis, quia sic dicit in prefato sermone. Auctor mortis huic reparationi inuidens fontem rudem humani generis, antequam riunius Natiuitatis per auram spargeretur veneno suæ mortis immiscere festinavit . Si ergo genus humanum, quasi unam arborem in radice tenera antequam propagini responderet, vitiauit, inde est, quod radix vitiata quotidie indesinentur per mortem marcescit, & sapè cōtingit, quod aurum fulgens reperiatur in luto, & ex pungente Spina pulchro rubens oriatur, & rosa. Hoc enim operante Prouidē-tia Diuina, ex radice vitiata sine vicio prodijt Virga de ra-dice Iesse. Hac ille. Quibus verbis bene consideratis, inquit Turrecrēmata p. 12. c. 8. non de Conceptione loquitur Maximus , sed de Natiuitate eius. ex utero , de qua in serm. illo fit mentio, & confirmatur tam exemplis, quæ ponit, scilicet, fontis, rose, & radicis ; quam ex illo vocabulo prodijt, quod idem est, ac in ante it, quam ex verbo propheticō adducto Isaiae, super quo Glossa interlinealis dicit, Quod Prophetia de Na-tiuitate B. Virginis ex utero, in qua sine vicio prodijt, intelli-genda sit , in cuius testimonium Vniuersalis Ecclesia prædictam Prophetiam in die Natiuitatis eiusdem Saccatissimæ Virginis annua revolutione commemorat.

Re-

Respondeo. Verba S. Maximi depravatè afferri ab Adversario, siue etiam à supposititio Turrecremata, sic enīus  
Ancerè referuntur ab Episcopo Acernensi in suo Tract. c.  
18. n. 32. *Ductor mortis deabolus, per eosius inuidiam mors  
intravit in orbem terrarum, omne genus humanum in primo  
parente veneno sua nequitie potavit, quasi arborem in radice,  
antequam proles propaginis prodiret, vitiauit; Inde est, quod  
radix vitiata quotidie frondet, frondesq; eius indifinenter per  
mortem marcescunt. Cætera sunt consona. In qua lectione  
in primis, non habetur, Tò riulus Natiuitatis, fortasse idē  
ab Adversario appositus, ut videtur Sanctus loqui de Na-  
tiuitate. Deinde per ea verba ita relata apparet, quod vi-  
tiata radice, etiam frondes succrescentes videntur, & per  
mortem marcescant, quod idem est, ac dicere, quod pos-  
to peccato originali in primo parente, etiam posteri illud  
peccatum trahunt, & moriantur, sed certum est pecca-  
tum originale trahi in Conceptione, & Animatione, non  
ante, vel post, ergo cum Sanctus de Contractione peccati  
originalis loquatur, loquitur de Conceptione, non de Na-  
tiuitate ex utero. Hinc Acernensis his verbis S. Maximi ci-  
tatis concludit. Clare satis, & præseruationem Marianam,  
& præseruationis modum exemplis, ac verbis apertissimis ad-  
struit. Quod affertur ex Æthymologia, non urget, cum quia  
ait S. Gregorius, & habetur extrà de Verborum signific. c.  
præterea, Plerumq; dum verborum proprietas attenditur, sen-  
sus veritatis amittitur, cum quia æquè probat de Natiuitate,  
ac de Conceptione. Ecclesia idem officium recitat in  
Natiuitate, & in Conceptione solo mutato nomine Nati-  
uitatis in nomen Conceptionis, & quia utriq; festo verba  
prophetica applicantur ab Ecclesia, Glossa interlineal s. di-  
cit, loqui Prophetam de Natiuitate, non excludendo Con-  
ceptionem,*

Trigesimo sexto opponitur. S. Ambrosius ad illa verba  
Psalm. I. 118. Quare seruum tuum ait. suscipe me non ex  
Sara, sed ex Maria, ut incepit sit Virgo, Virgo per gra-

tiam ab omni integra labe peccati, sed non potest verificari. Beatam Virginem esse incorruptam, & ab omni labo, peccati integrum, nisi assertatur immunis à labo peccati originalis, ergo. At Sanctus mutilatur ex verbis antecedentibus, & relata in libello, ut proinde perpetuo intellectus, qui manifeste loquitur ibi non de B. Virgine, sed dubio manitate suscipienda per Incarnationem ex B. Virgine, quia sic dicit, suscipe me in carne, quia in Adam lapsa est, suscipe me non ex Sara, sed ex Maria, ut incorrupta sit Virgo; sed Virgo per gratiam ab omni inpeccata labe peccati, porca me in Crucem, quia saluatoris errantibus est; Hac ille. Vnde Vasq. 3. p. q. 27. art. 2. d. sp. 187 c. 2. n. 40. prædicta agitur verba, inquit ego referrom ad carnem, quae ex Adam lapsa est. Et in qua dixie. Ambrosius ad Deum. suscipe me. Et quare non per ministros, sed per te; hoc est, suscipe me, suscipiendo naturam humanam, quam lapsa fuit in Adamo, subdit autem; non ex Sara, sed ex Maria intacta, & Virgine, & ita Caro, quæ ex illa symplexeris, & in qua me suscepisti, sit Virgo incorrupta, congruerat enim, ut Caro à Deo sustinenda, quia Virgo incorrupta futura erat, ex Virgine, non ex muliere corrupta, & tanta sumereatur. Hac ille.

Respondeo. Quod dato, & non concessi S. Ambrosium, hic loqui de carne Christi, non proinde sequitur tecum S. Ambrosij fuisse à me mutilatum ex antecedentibus verbis, quia non ex illis deducit Vasq. ea verba esse intelligenda de carne Christi, Deinde nonnulli legunt, suscipe me non in Carne, quia in Adam lapsa est, & Id, non, esse abraham ab Arpalego conqueritur. Episcopus Placentinus in suo Propugno pag. 208. n. 257. vnde si particula, non, apponenteretur, rueret explicatio Vasquez, & eorum, qui cum eo sentiunt; & quia maior pars Auctorum contradicit Vasquio, ut notat Accernensis c. 17. n. 13. his potius standum est, quam Vasquio soli; Verum quia Glosa Vasq. nullo modo potest subfiltere, ideo obiectio facta non urget, sic enim per ea, verba, ut incorrupta sit Virgo, significaretur et Caro Christi,

&amp;

& pariter sequentia, sed Virgo per gratia ab omni integra labe peccati, deberent intelligi de carne Christi, at Caro Christi non est libera ab omni labe peccati per gratiam, sed ex naturae modo suae generationis; ergo Glosa Vasq. nullo modo potest subsistere.

Trigesimo septimo opponitur. S. Leo Papa serm. de Nat. Christi, ait. oportuit enim, ut primam Genitricis integratem nascens incorruptio custodiret; & complacitum hibi claustrum pudoris; & sanctitatis hospitium diuina spiritus virtus infusa seruaret; sed seruatam esse primam integratorem, est esse præseruatam B. Virginem ab originali; ergo. At vitiatus est S. Leo ab editione Parisiensi an. 1618, dum Academia Parisiensis iurat Immaculatam: Verum in editione Veneta an. 1505 vs in nostra libraria, sic dicitur, oportuit enim, ut primam Genitricis Virginitate nascientis incorruptio custodiret; ostendit S. Leo B. Mariam ante Partum Virgiuem, & talem seruatam à Christo nascente.

Respondeo. Si non est credendum editioni Parisiensi quia illa Academia iurat Immaculatam, neq; est credendum editioni Veneta, quam dicitur seruari in vestra libraria, quia vos iuratis omaculatam. Verum verba S. Leonis Papæ, ut à me relata, inuenies p. 2. tom. 5. Bibliotheca SS. PP. vbi dicitur, quod opera S. Leonis fuerunt per Canonicos Regulares S. Martini oppidi Venerieatis Louaniensis ex manuscriptis codicibus emendata; ergo siquum argumentum nequicquam veget. Deinde à perpetua, & perfecta Virginitate valere argumentum ad originalem iustitiam, & innocentiam, dixi supra.

Trigesimo octavo opponitur. S. Anselmus Archiepiscopus Cantuariensis ad illa verba Pauli 2. ad Corinth. 5. si unus pro omnibus mortuus est, ergo omnes mortui sunt, ait; omnes protinus mortui sunt in peccato, pullo protinus excepto, dempta Matre Dei sive originalibus, sive etiam voluntate additis, vel ignorantia, vel sciendo, nec faciendo, quod iustum est. At illa Comentaria in Paulum, aliqui pu-

autem esse D. Hervaei, inquit Vasq; 3. p. q. 27. art. 2. disp. 1. 17. n<sup>o</sup>  
 11. n<sup>o</sup> 131. Affirmat etiam Sixtus Senensis lib. 4. Bibliotheca  
 S.S.P.P. in edit. Parisien. an. 1544. sic dicitur; has enarrationes  
 in epist. Pauli alij D. Heruao tribuant; Absoluebat autem fore il-  
 las D. Hervaei ibidem ostendit Fr. Simon Fontanus Senonensis  
 Minor. in epist. Dedicatoria ad Archiepiscopum Nieuernen. sunt  
 autem Hervaei, vel Anselmi, relatus Textus, vel est deprava-  
 tus per verba illa, dempta Matre Dei, ut affeta, & suppositia  
 vnius Christus non est mortuus pro B. Virgine, quia sic dicit, si-  
 vus Christus mortuus est pro omnibus, id est, ut omnes vi-  
 uant, ergo necesse est fieri, quia omnes mortui sunt in ani-  
 ma per peccatum, quorum via iustificatio quæ sita est morte-  
 vnius, qui peccato solus carebat, nec mortis animæ parti-  
 ceps esse poterat, omnes ergo mortui sunt in peccatis, ne-  
 minis procul excepto dempta Matre Dei, sive originalibus  
 &c. sequitur, & pro omnibus mortuis mortuus est vnuus  
 Christus, id est nullum habens omnino peccatum. Hac ille;  
 ergo si vnuus Christus mortuus est pro omnibus mortuis, sequitur,  
 quod i Christus non est mortuus pro B. Virgine, quod est falsum;  
 vnuus mortuus est pro omnibus ipsam in illis omnibus inclusam;  
 ergo B. Virgo mortua est in anima per peccatum non actualiter,  
 igitur originale, & consequenter exceptio illa Virginis est sup-  
 posititia contra mentem Auctoris, & præterea est incompatibili-  
 tes cum exceptione illa, nemine procul excepto.

Repondet Enarrationes illas, scilicet Comentaria in epist.  
 Pauli Raberti in editione. Coloniensi anni 1572. in Catalogo  
 corporis apud V. Anselmi c. a. & esse germanum partum D.  
 Anselmi asserunt Episcopus Placentinus in suo Prolog. fol.  
 148. n. 195. Episcopus Acernensis in suo Tract. pro Imma-  
 cul. Concept. c. 25. n. 3. Valentia tomo 4. disp. 2. q. 1. p. 161  
 .2. fol. 375. Sixtus Senensis in sua Biblioth. & maior pars  
 Auctorum; quibus potius standum est, & credendum, quam  
 duobus, vel tribus adductis ab Aduer. sed dato, & non con-  
 cesso, quod Commentaria illa sunt D. Heruæi, & vel ut alijs  
 placet, sunt D. Anselmi Laudanensis, quia hi sunt Sancti, &  
 Docti

Dōcē viri; verba cīdata in Discursu Theologico parēm ha-  
bent autoritatem, ac si essent D. Anselmi Cantuariensis  
Archiepiscopi. Eum cētum esse depravatum, quia hāc  
verba *dempta Matre Dei* sīnt assūta, & supposititia, sicut  
gratī dicītur, itā de facili negatur; nam morem, & malum  
vīsum depravandi textus SS. PP. Catharino teste domēstico,  
& irrefragabili, esse Auditorum Affirmatiūs suprā ostēndi.  
Ad probatiōnēm prāsumptae depravatiōnis, responsio est  
in promptu Christum Dominum esse mortuum pro B. Vir-  
gine, quā, & ipsa fuit mortua in anima non actu, sed secun-  
dum debitum, quia incurrit debitum moriendi, quatenus  
incurrit debitum contrahendi originale, per quod actu  
contraētum sicut homo non actu moritur corporaliter, sed  
incurrit debitum, & necessitatē moriendi ex D. Thoma,  
& Caierano I. 2. q. 8 n. art. 3. itā B. Virgo sicut habuit debi-  
tum contrahendi originale, itā habuit debitum moriendi  
in anima, & speciali Dei gratia illi collata intuitu mortis  
Christi prāseruata fuit, nē actu contraheret originale, & nē  
actu in anima moriretur, non ergo illa exceptio assūta, &  
supposititia est; neq; est incompossibilis cūm verbis antecē-  
dentibus, nemine prorsus excepto. Nil enim obstarat, quo mihi  
nō verba ista generalia, nemine prorsus excepto, restrin-  
gantur per verba sequentia, & particularia, *dempta Matre  
Dei*. Aut si non possunt restringi, ergo neq; potest restringi  
vniuersalis illa S. Vincentij Ferrerij, de quā supra n. 1. B.  
Virgo nunquam peccauit, per sequentia verba particularia,  
quia nunquam peccauit nec mortaliter, nec venialiter. Neque  
etiam potest restringi vniuersalis illa B. Alberti Magni. B.  
Virgo fuit immunita ab omni labore vitiorum. n. 16. per sequen-  
tia verba particularia, quia nunquam peccauit nec mortaliter,  
nec venialiter. Sed tam S. Vincentius, quam B. Albertus de-  
bent intelligi, ut excluderint à B. Virgine, etiam originale,  
quod ipse constanter negas numero illo 11. & 16. Et quia  
dem valde probabile est, eam exceptionem, *dempta Matre  
Dei*, notare, & ex industria apposicam esse ab Anselmo,  
quem

quem tuisse Assertorem præcipuum, & primipilarem Immaculatæ Conceptionis pluribus, & validè probat Franciscus Biuarius in aureo suo libello de SS. PP. vindicatis ab Affirmatiua.

Trigesimo nonò opponitur. S.Bernardus serm. 3. super Salut. Regina ait. Turris es libani &c. At sermo ille non est D.Bernardi, ut norunt Dolli, & obseruant Gilotius in editio. Parisensi an. 1588. & postea Bellarm. de Scriptoribus Ecclesiasticis, Sylvius 3.p.q. 27.art. 2. Posseminustom. I. Apparatus scricri vocat illum Bernardo adscriptum, nibil ergo urget, quod ex eodem Bernardo adducit Author libelli n. 17.

Respondeo. Eum sermonem reperiri, non solum in editione Veneta an. 1568. sed etiam in editione Lugdunensi an 1538. quæ cum sit antiquior editione Parisensi, quam adducit Gilotius, ipsi standum est, maxime per Te, qui vis editiones antiquiores esse probandas. Recentiores esse reyciendas, ita ais n. 19. Et quidem ille sermo, tanquam germanus partus D.Bernardi affertur ab Episcopo Plasencio in suo Propugnaculo fol. 1.31. n. 17 2. ab Episcopo Acerneu. in suo Tract.c. 25.n. 6. à Petro Canisio lib. 1. de B. Maria c. 7. à Lodoco Coccio lib. 3. Thes. Cath. art. 1. à Petro Ojeda in Apologia pro Concept.c. 14. ergo firmum remaneat, cum sermonem esse D.Bernardi, quem stetisse pro Immaculata patet, tūm ex alijs locis eius operum communiter addu&s. ab Assertoribus Negatiuæ, tūm quia Franciscus Biuarius in aureo suo libello cit. de SS. PP. vindicatis ab Affirmatiua, Ordinis, & instituti S.Bernardi, fuisse probat S.Bernardum stetisse pro Negativa peccati originalis in B. Virgine. At Biuario potius standum est, quam cuicunq; alij Doctori cuicunq; ordinis, & instituti; sicut enim Thomistæ, quia eiusdem Ordinis, ac fuit D.Thomas, & quia eius discipuli, volunt sibi credi circa eius intelligentiam, & affectionem mentis S. Doctoris, iēà circa intelligentiam, & affectionem mentis S.Bernardi potius standum est Biuario eiusdem Ordinis, & discipulo, quam cuicunq; alij extraneo.

Qua-

Qua-

Quadragesimo opposuit. S. Antiochus hom. 21. nulli possibile est ad suæ virtutis fastigium peruenire , nisi præsidio iuuetur , & erga. Deum Caritatis , & animi de se quam modelissime sentientis iuxta testimonium Deiparae omnium laudum genere celeberrimæ & nulli obnoxiaz vicio &c. sed Sanctus mucilature ex antecedentibus verbis ad relata in libello , proinde perperam intellectus ; qui manifestè ibi loquitur de Virginitate , que dictæ homilie est titulus ; nec loquitur ibi Sanctus de tempore Conceptionis passiæ B. Virginis , quia sic dicit ; ex quo tempore Dominus noster Iesus Christus Dei filius sua solius erga nos benignitate ex vero voluit sanctæ ; & intermerat Deiparæ semper Virginis Mariz lato ad nos aduentu inclarescere mundo &c. Qui cum dicit ; nulli obnoxiaz vicio , manifestè intendit de actuali , sicut B. Albertus supra cum dicit .n. 77. B. Virgo fuit mundissima ab omni labe vitorum , non quan enim peccauit nec mortaliter , nec venialiter .

Respondeo ; Ex dictis iam à perpetua Virginitate valide inferri originalem Innocentiam , & sanctitatem attributam B. Virginis tempore Conceptionis actiæ terrebendam esse ad tempus Conceptionis passiæ , quando etiæ erat Mater Dei , ut patet tūm ex verbis Chrysologi supra cit. tūm ex D. Antonino 1. p. Summaric. b. c. 2. qui inter alias rationes , quas affert , cur B. Virgo debeat dici Mater , p. recipua est , quia dicitur Mater Antiquitate , quia ab initio , & ante sæcula fuit Mater Dei ; Imò & Albertus Magnus in expōsit. super missus est , & magnific. ad illud Ave Gratia plena Lucr. 1. ait. In salutatione Angelica abstinuisse Angelum à nomine Matris , quia hominis myteria explicanda reseruauit ; postquam Spiritus Sanctus in eam superveniaset , Quid autem ibi S. Antiochus loquatur de vicio actuali , cum dicat , nulli vicio , non nisi valde inconsequenter ad sua principia assertur ab Aduers. qui vult illam Universalem D. Anselmi , nemine prouersus excepto , non possit restringi per verba sequentia ; dempta Matre Dei .

Quadragesimo primo opposuit S. Bernardinus Senensis in .

in serm. de Conceptione B. Mariæ Virginis ait; Tertia fuit sanctificatio naturalis (maternalis dicit Sanctus) & hæc remouet culpam originalem, & confert gratiam; hæc etiam remouet pronitatem ad peccandum tam venialiter, quam mortaliter, & hæc fuit in B. Virgine Mater Dei &c. ubi per Tè remouens culpam originalem, non intellexit S. Bernardinus, quod prius in B. Virgine fuerit originale, & deinde naturalis sanctificatio illud remouerit, quia como. 4. serm. 49. aperte declarat Christum, & B. Virginem non cecidisse in aliquo peccato, & ideo non esse inclusos in illa regula generali, inter natos mulierum non surrexit maior, nullus enim dicitur leuare se, seu surgere, qui non ceciderit. At Sanctus Bernardinus est sole clarior pro sententia affirmativa originatis in B. Virgine in serm. de Concept. B. Virginis, quem rego legat Auctor libelli, manibusq; contrectabit, quod dico, Id autem remouens culpam originalem, declaratione non indiget, ut pates considerant, quid sit remouere. Quæ vero declaratio dicitur ex co. 49. aperte Christū, & B. Virginē afferens non cecidisse in aliquo peccato, non r̄f. S. Bernardini, sed Bernardini de Busbis, qui ex relatâ regula inter natos &c. contendit probare, quod B. Virgo tanquam maior Ioanne Baptista non ceciderit in originale, quia nemo dicitur surgere, qui non ceciderit; Verum quam rudit, & insulsa sit Bernardini de Busbis argumentatio, euincitur ad hominem, etenim si nullus dicitur surgere, qui non ceciderit, ergo cum Deo dicimus surge Domine in requiem tuā ps. 131. & Math. 9. surgens Iesus, sequebatur eum, iam Deus, & Iesus ceciderunt in aliquod peccatum, quo nibil errorius. Item de B. Virgine canit Ecclesia illud Cant. 11. surge propera amica mea, at nemo surgit, qui non ceciderit ergo B. V. cecidit non in actualē, ergo in originale. Illud autem Math. 11. inter natos mulierum explicatur Luca 7. dico enim vobis, maior inter natos mulierum Propheta Ioanne Baptista nemo est. En Lectio amans veritatis, quomodo S. Bernardinus Senensis viatiatur, & præ modestia easco alia in digniora.

Respondeo. Patrem referre in primis, quod Sanctus dicat,

cat; naturalis, seu maternalis, nam maternalis sanctificatio est debita B. Virgini, ut est Mater Dei naturalis, & vera, non fictitia, phantastica, ut volebat Marcio. Sermonem de Conceptione S. Bernardini, quem in Discursu adduxi, veiq; non adduxisse, nisi vel hilcemet oculis legissem atque, immo eo sermone refert S. Bernardinus celebrem illam S. Anselmi auctoritatem pro Immaculata, Decens erat &c. Addo, alijs etiam suorum operum locis pro Immaculata pronunciare, nam serm. 6. de feliicitatibus B. M. Virginis, alias 52. feria 3. post Dominicam Oliuarum de salutatione Angelica. Dicit, B. Virginem fuisse sine va, idest, sine tyranno concupiscentia peccati originalis, & ihud Cantic. 4. Tota pulchra es, & macula non est in Te, intelligit de macula originali; Ecce quomodo inueniuit S. Bernardinus luce merid. aera clarius stare pro fmmaculata; quod vel ipse Aduersarius etiam invitus necesse est, facietur, nam supra num. 27. ait pro affirmativa stare antiquos Theologos, at S. Bernardinus de modernis est, & post ortam Controversiam; ergo, Quod Td remouens, sed remouere non indigeat declaratione, ex eo conuincitur; ~~non vero dicitur~~ quia alias S. Bernardinus sibi contradixisset, dum ex una parte afferit, B. Virginem non cecidisse in aliquo peccato, & ex altera parte ponere videatur in illa originale per illum terminum, remouens, ergo iste terminus debet omnino explicari, & intelligi non de peccato, quod infuit, sed quod infuisse, ut supra diximus ex S. Bonaventura. Quod autem altera explicatione adducta ex serm. 49. non sit Sancti Bernardini, sed Bernardini de Bustis, non vetere afferit ab Aduers. quia illam legi in S. Bernardino Senonis, non in Bernardino de Bustis, apud quem fortasse etiam illa regula reperiuntur, quam relata. An vero argumentatio Bernardini de Bustis rudit sit, & insulsa, pater ex ipsamer Aduersarij oppugnatione, quae & longe rudior, & minimè ad propositum efficitur! Probo sic: Nemo dicitur surgere, qui non cederit; hanc regula restricta est ad surges prout est id est, ac nasci-

Allatæ igitur instantie de Deo surgente, in requiem suam, de Iesu surgente, de B. Virgine surgeute è terris; ut Corpus contendenter, non sunt ad propositum, sed aerem verberant, fioata illud: Inter natos . Explicatio adducta ex Luca 7. ad Math. 11. facit pro me, quia dicitur, non surrexit maior Propheta, neque enim dicuntur major Propheta, quia plus, aut meliora annunciantur; nam omnis propheta de Christo est, neq; est maior, idest antiquior, ergo dicitur maior, idest sanctior, quia Ioannes sanctificatus est in utero, & probabile est caruisse veniali, quia de illo canit Ecclesia, ne leuit saltum matutinare vitam famibile posset; En Lector a mans veritatis, quomodo S. Bernardinus sic sincere, fideliter querit. Indigniora, quæ dicas præmodestia tacere; non habes, quæ in hædium afferas, aliis tacere maius posse, quando à Te Pontificis Bullæ obtemere non potuerunt, ut tacentes. Taceo ego, & alio silencio prætereo blasphemias horrendas, quas in Sanctum Franciscum Assissiensem à corde orbe Christiano adoratum, vel ipsis Chiliani hominis hostibus, Turcis vel ipsis venerabilem, à S. Patre Deminico reveritum congerit Bandellus eius postrema sui Recollectorij Patre. Postremò in laudem Bernardini de Bultis, id solum mihi licet, hic commemorare, quod solus, & unus ipse tot inter egregios Negatiuæ defensores longè ante, & præuiderit, & prædixerit silentium impositum affirmatiuæ à Summis Pontificibus serm. 9, de Concepç;is Proximio.

Quadragesimo secundò opponitur. S. Augustinus serm. 20. ad Fratres de Eremo. Quia vero à corruptione liberandum erat, quia remedium, idcirco pretium redemptionis incorruptum esse debebat, propterea Maria Mater electa est, & super omnes creaturas preelecta, omnibus gratijs secundata, omni virtute, & gratia in utero repleta, ut de mundissima Matre mundissimus filius nasceretur, & sicut filius habuit in Cœlo Patrem immortalem, & æternum, sic in terra haberet Matrem omni corruptione carecentem, ergo à Sanctissimo Augustino serm; quatuor; B. Virgo Maria immunita.

mūnus predicatorum à peccato originale in brevi clausula  
verborum. Vetus illud consequentia dicatoris libelli volit  
infirmatur ex Augustino sententiam negantem originalē in B.  
qua catere dictar omni corruptione, quia Virgo ante partum,  
Virgo post partum, ut supra dixi ex S. Petro Damiano. Dicē-  
tur mundissima, quia ad originali mundata Prometh. 35. Aufer  
rubiginem de argento, ex egressione Vas purissimum. Vidi Ro-  
ma in Ecclesia S. Maria Teletinae certim antiquam picidam sibi  
de Anna parentes B. Virginem cum his uenibus.

Argemus tunc fabor, quis est patre Legis

Institutus maculatus voceris rubiginea aufer

Argemus thalamus rubeis, quo Virgo resurgens.

Dicitur in vtero repletus omni gratia, quia post nascitionem  
Fuit sanctificatus in vtero ab originali. Nec valde ergo habet  
gratiam praestitum a nobis, sed non sufficit nascitur gratia; ne plebi;  
Dicitur O ego, ergo habebit gratiam suam secundum de Spiritu  
Santo, alias non domini gratia sufficit repletus, quod est error unus;  
potuisse autem Virginem concipi de Spiritu Santo, quis negat,  
quod quod Deum progenitum sit finitam? Dicunt ergo plena gra-  
tia, quia ex S. Tiburtio 3 p. q. et hoc est plena gratia. Et Caietanus  
idem, habebit omnem gratiam, que Mater dei dedit. Dic  
Augustino non defuerint verba usque ad ipsam B. Virginem ab  
originali, sicut exceptis illis ab ultimis, ut supra ex S. do-  
cimento no. 93.

Respondeo, vel ad futilium idq; indepedemontissima, ex  
perpetua Virginitate B. Virginis optime desideri eius religio-  
nalem Innocentiam, & quia Augustinus vanuersaliter loqui-  
tur de omni corruptione, non enī cur Adversarius, cām re-  
stringat ad incorruptionem Virginitatis, nam non nisi in-  
consequenter ad sua principia, & ad obiecta hic ab ipso  
vnuersaliter dicta restringuntur; neq; enim S. Augustinus  
hic addit, incorrupta post partum, ut relatum est supra ex  
S. Petro Damiano, non ergo infirmatur, sed corroboratur ex  
verbis S. Augustini Negatius, ut eius Defensores, vel ins-  
criptis confessi sunt, & mihi gradias ipso editio Discursu-

retulerit quoniam maximas & immortales. Deinde de B. Virgo dicit mundissima in eo sensu, & non in alio, quo dicitur mundus filius; alias D. Augustinus in breuissima sententia usula verborum aequiuocasset, sed filius nondicitur mundissimus, idest mundatus ab originali, ergo neq; Mater dobet dici mundissima, idest mundata ab originali; Unde neq; quod assertur ex inscriptione illa B. Anna facta ab antiquo sentiente pro Affirmativa, neq; quod assertur ex proverbiis, &c. aliquid habet roboris, & energie, addito praesertim, quod vobis vulgata habebet, aufer rubiginem de argento, & erit vas persummum, legio secundum 70. Sixti V. auctoritate edita habet, per certe argentum improbatum, & mundabitur mundum totum. Ita Glossa. Denique nos suffici, ut fuerit sanctificata post animacionem, ut dicatur omnipotens repleta, alia scilicet S. Iohannes Baptista & Hieronimas differunt in omni gratia, quia fuerunt in anno sanctificati, non enim potest corde designari, aut determinari praeisam instantis, quo fuerint sanctificati, ergo.

Quod si dicatur repleta opini gratia, quia habuit omnem gratiam, que decet Matrem Dei, videlicet S. Thomas & Gaudentius loco cit. ab Adversario habuit gratiam praeservativam, quam maxime decebat Matrem Dei, ut pluribus, & valide probatur ab Alterioribus Negatiua. Illa consequentia, ergo B. Virgo concepta fuit de Spiritu Sancto, ex eo coniunctione spiritus & pectoris deinde & salto, & iugatione huiusmodi quia inde facta constat, & Eccl. Sacra nec B. Virginem habuisse palmarum locutionem, & Amapam, quomodo ergo poterit a vita medietate tendere apostolicum argumentum, quod habuit omnem gratiam, ergo habuit gratiam sanctificatam de Spiritu Sancto? Non defuisse D. Augustino verba ad extirpandam Virginem ab originali, facio; nam plura eius loca, & verbia adducuntur hoc ipsum contexteantia; Ita in primis ex lib. de Natura, & Gracia contra Pelag. c. 36. excepto igitur Beata Virgine &c. que omnino debene intelligi de originali, sicut ea intellexit S. Bernardus loco cit.

Ex. mo. 2. quidquid in contrarium dicat S. Antoninus, quia ea verba non possunt intelligi de peccato actuali, quia aliae D. Augustinus confessisset tandem aliquando post pugnariam 20. annorum cum Pelagianis, qui omnes Sacrae Scripturæ extus. & SS. PP. authoritates adductas ab Augustino contra illos, ad probandum originale, intelligebant, & explicabant de peccato actuali, illud præsentim, omnes in Adam peccaverant, peccatum transiit in omnes, toties ab Augustino contra illos inculcatum, ut textatur D. Thomas in explic. epist. Sv. Pauli ad Rom. ad illa verba, peccatum transiit in omnes.

Quadragesimo tertio opponitur. S. Petrus Damianus serm. de Assumpt. B. Virgo maculas Adæ non admisit, sed non admisit Adæ maculas est formalissime, non admisit peccatum originale, quod esse Adæ maculam, nemo est, qui queat inficiari, ergo. At Sanctus mutilatur ex verbis antecedentibus ad relata in libello, proinde perperam intellectus, qui manifestè ibi non de originali macula loquitur, sed de maculis, quæ pusilliæ, irregulatæ Continentia aduersantur, cuiusmodi dividetur esse immunditia tentationum. Quod clarissimum sit ex duabus, (inquit Cardinalis de Turrecremata p. 12. c. 11.) primâ ex ipsa ratione vocabuli, cùs dicitur, non admisit, admittere enim, assumptionem dicit voluntariam, illud enim, quod originale habemus, non dicimus admittere, sed contrahere. Secundopatet ex hoc, quod B. Petrus, ubi præmittit illa verba, sequitur de eius conversatione, sic dicens: Quæ est ista; quæ ascendiit, sicut virgula sumi ex aromatibus Myrrha, & Thuris, & uniuersæ pulueris pigmentarij, & intra; in Myrrha continentiam, in Thure devotionem intellige, Caro enim Virginis &c. Hac Domianus, ex quibus verbis, ex eo quod ad puritatem continentia intentionem suam resoluimus, patet, quod dictum Damiani nihil iuuamenti præstat aduersa parti ad propositum Concepionis. Hac Turrecremata.

Respondeo. Quod si Damianus loqueretur de immunitate temptationum, loqueretur utique de peccatis actualibus;

atque;

atq; ad eō pér Adæ maculas, actuāia peccata intelligere, tñ  
hoc non potest dici , aliaſ consentiret Damianus cùm Pe-  
lagianis, qui per Adæ maculam peccata actualia intellege-  
bant, quæ trahebāt Posteri ab Adā per imitationem, nō per  
propagationem , vt suprā dixi ex S.Thoma, ergo S.Damia-  
nus per Adæ maculas non potest intelligere , nisi origina-  
le, vt dicitur in Discursu . Neq; vrgit proprietas vocabuli  
admittere, & contrahere , cum quicquam originale habet  
aliquid voluntarij , aliaſ non est peccatum , nō quia li-  
cet regulariter admittere dicatur de voluntarijs , sicut etiā  
facere peccatum , tamen sicut facere dicitur interdum de  
originali 1.Petri 1.cūm sermo est de Chriſto Doctrino, qui  
peccatum non fecit , nec inventus est dolus in ore eius , ita  
et admittere, quālis regulariter dicatur de actuali, nō pro-  
hibet, quò minus posſit etiam applicari originali , immo ex  
Salazar in ſuo Defenſorio c. 142. fol. 396. Id non admittit,  
non lolum significat Adæ maculas à Virgine Dei beatiſtio  
elle prohibitas , quibus alioquin iudici debet, ſed  
in ipla ius aliquod ſonante , ratione cuius exempta fuerit.  
Deinde ex carētia actualium, quæ aliquis adulcus non ad-  
mittit, bene argui infantilis reatis exortu caruiffe origina-  
li, diximus ſuper ex regula Sancti Auguſtini lib. 5. contra Iu-  
liaconum c.9.

Quadrageſimo quartō oppoſitetur. S. Cyprianus Episco-  
pus orat de Chriſti Natiuitate, auct. In B. Virginem incendium  
originale extincutum eſt ; & ibidecum probat eam cūm alijs  
communicare natura , non culpa , à communibꝫ ētiuitur he-  
luſſe immunitum . At ſermoniſſe non eſt Cypriani, inquit Sy-  
rius 3.p. q. 27. art. 2. ſed alterius. Autem apud Cypriano,  
inquit Vasq. 1.p.d. 157. c. 3. cn. 33. Sanctus verò Cyprianus teſte  
D. Auguſtino lib. 2. contra Iulianum c. 10. ſolus Chriſti propu-  
gnat immunitatem ab originali.

Repondeo. Eum sermonem tamquam Cypriani recipi  
quām pluētis Negatior et ſententie Defenſoribus, à Docto-  
ribꝫ Patiſſoribus in Glosſa ordinaria ad Rom. 5. à Baro;

nio an. Domini 261.n.40. ab Episcopo Acernen. c. 16. fol. 208.n.5. à Salazario in suo Defens. c. 142. fol. 394. imò & a Defensoribus affirmatur, qui tamen volume Cyprianum loqui de tempore Conceptionis adiuu; quod bene, & eruditè refellit Acernen. vbi supra; sed siue sit Cypriani, siue alterius viri Docti, & Sancti, qui floruerit tempore Cypriani, adducta verba eandem habent auctoritatem, & pondus. Neq; vrget, quod D. Cyprianus teste D. Augustino solius Christi propugnauerit immunitatem ab originali, nam immunitas, qua solius est Christi, est immunitas petita ex vi, & modo naturalis generationis sine viri semine, at immunitas B. Virginis ab originali est immunitas ex speciali gratia, & privilegio.

Quadragesimo quinto opponitur S. Epiphanius serm. de laudibus B.M.Virginis ait. Iuuencia est, qua iugum nunquam experta est, qua genuit vitulum, id est Christum. Ovis est Immaculata, qua genuit Agnum Christum &c. sed B. Virginem esse iuuencam, qua nunquam fit iugum experita, significat B. Virginem nunquam contraxisse peccatum originale, ergo. At Sanctus non tempore Conceptionis passua B. Virginis, quae tempore fuit filia Adae, sed de tempore Conceptus, & partus Christi, prout fuit Mater Dei, semper Virgo, nunquam sub iugo, seu viri potestate, unde sic dicit Sanctus, Deipara existis, qua sola solius Dei unigenitum filium genuisti; ovis immaculata; qua peperit Agnum Christum.

Respondeo: Verba Epiphaniij pro Immaculata Conceptione afferunt Salazar in suo Defens. c. 142. fol. 398. Episcopus Acernen. in suo Tract. c. 17. n. 15. & quidem altè retinendum est, quod supra dixi, privilegio attributa B. Virginis tempore Conceptionis adiuu; retrotraheada esse ad tempus Conceptionis passiu; quo etiam tempore fuit Mater Dei, quamvis simul Adae filia, vt supra vidimus ex S. Petro Chrysologo, & ex S. Antonino. Quod neq; potest ab Adversario inficiari, qui B. Virginis concedit sanctificationem in utero, atq; adeo ante Conceptionem adiuuam, & ex co-

smu;

muni omnium sensu etiam in Natiuitate conceditur illi immunitas ab originali, non alio titulo, quia & in utero, & dum nascetur, erat Mater Dei. Adde quod ex perpetua Virginitate validè infertur Innocentia originalis ex Authoritate S. Augustini, & Thomæ.

Quadragesimo Sexto opponitur. B. Amedeus Lausanensis Episcopus hom. 7. de Laudibus B. Mariæ Virg. ubi loquens de supernis ciuibus B. Mariam in Cœlorum sublimia excipientibus, ait; mirantur illi animam meriti singularis exutam æterna labe nullam carnis, aut sacerdoti maculam habere, mirantur exutam artibus gratia totius puritatis candere, sed B. Virginem fuisse exutam æterna labe, est caruisse peccato originali, sicuti nullam carnis habuisse maculam, est caruisse peccato actuali, ergo. At Sanctus mutilatur ex verbis immediate sequentibus ad relata in libello, proinde perperam intellectus, qui manifeste; quid Angeli laudent ibi, quid ve Dominus ipse prædicet de B. Virgine, explicat; quia sic dicit, quid enim primum laudent in ea insegritatem, an humiliatem; Prudentiam an Caritatem; robur mentis, an longam initatem; honorem Matris, an Partus Natiuitatem? sed virtus integra, plena gratia magis in illa laudatur. Vnde Dominus assistens egressa de corpore, ita prædicat laudes eius. Tota pulchritus Mater mea, & macula non est in Te tota, ait, pulchra es, pulchra in cogitata, pulchra in verbo, pulchra in actu, pulchra ab origine, usq; ad finem, pulchra in concepitu Virginitate, pulchra in partu Divino, pulchra in rubore passione mea, pulchra in insigne candore resurrectionis; Hac ille. Quid de Concepcione passu Virginitatis nihil pulchri laudari à Domino referit.

Respondeo: in primis B. Amedeum norabitur ab adversis detruncari; & mutilari ex antecedentibus verbis ad relata in obiectione; nam sic dicit B. Amedeus immediate antea; Hac morte gloriose migravit, si transiit ad vitam, mortem licet nominare; In modo ut verum fatear vita est, ubi forte mors moritur, ubi corpus mortis exsiccatur, ubi vita carnis priuilegia defuncta, senecte multipliciter possumus descrivere. An

non vita, cum ita ad fontem vite, & vita aeterna, & vita perpetua meatu bauitatur. Hoc haec in defectu autem decessum praesentia est: Mater Virgo, ne transitu in ipso, vel tenissimo mortis gemitu tangetur; egrediens itaq; videt vitam, ne mortem videret; videt filium, ne carnis abscissu doleres: Enadens ergo libera in tam felicissima visione, & potita optato vultu Dei, venerandos eius Cali in sui obsequio, ex deductione paracoximur. Mirantur &c. ex quibus verbis antecedentibus ad scilicet, quia B. Virgo eximitur a lege mortis cum dolore, non quia expiata peccata originalis, exempla quoque non sunt ut peccato, & culpa originali per B. Amadeum.

Quod si dicas: Non teneri te ad referenda antecedenter fuisse verba quia alioquin integrum columnam, aut paginam teneretur quid adducere, dum Sancti, aut Doctoris, aliquius mens et referenda. Hoc ipsum est, quod ego tecum, & possiam merito respondere contraria te, qui rotulas in eundem a me deficiatos, & multatos SS. PP. adduxisse, quid integras eorum paginas, aut columnas non adduxi. Quidquid quod dixi, non habet aduersarii, relatis semet, & iterum Immaculata Conceptio committitur, & Adversarius diffinita in intelligere, & bene arguit, nam & B. Virginem nomine plena gratia, & totam esse pulchram, importare Immaculatam eius Conceptionem, docent omnes tenentes. Negatiuam non esse gratia plena in denouare Virginem carnibus originali, docet Bellarm. in Doctrina Christiana à Pueris ad discedere ex mandato Clematis Papae VIII. & totam esse pulchram, quia caro originali habetur in officio Conceptionis confessus. Franciscanus à Pio Papa V.

Quadragesimo Septimo opponitur: & Thomas in libro de laicis, 3. ad 3. ait: Puritas intenditur per recessum a contrario, & ideo potest aliquid creatum inteniri, quo nihil purius esse potest in rebus creatis, & nulla contagione peccati inquinatur sic, & talis fuit Puritas B. Virginis, quia ab peccato originali, & actuali immanis fuit, sicut auctori sub Deo, in quantum erat in ea potentia ad peccandum.

